Оссолінсъкі колекції.

CD – диск виконано в рамах угоди укладеної з квітня 2004 р. між Львівською науковою бібліотекою НАН України у Львові і Національним Закладом ім. Оссолінських у Вроцлаві.

Lwowska Naukowa Biblioteka im. W. Stefanyka NAN Ukrainy. Oddział Rękopisów.
Zespół (fond) 4.
Zbiór rękopisów Biblioteki Baworowskich

Dział (opys) 1

383. Vetus AristotelisPhilosophia, seu Ars Docens modum assequenda veritatis.; De Logica. XVII w.

STRONY NIEZAPISANE NIE ZOSTAŁY ZDIGITALIZOWANE

Львівська бібліотека
АН УРСР
ВІДДІЛ РУКОПИСІВ
Бак. 383/I

Nr 383.
VIII A 50

VETVS ARISTOTELIS PHILOSOPHIA SEV ARS DOCENS MODVM ASSEQVENDAE VERITATIS.

Certum est Dialecticam totam occupari circa operationem intellectus directionem, Quæ quia Tres sunt, æquum videtur, ut cuilibet Operationis directioni peculiarem assignemus tractatum. In quolibet autem tractatu sex examinabimus. Primo. Etimologiam seu Definitionem operationis. Secundo. Divisionem. Tertio Proprietates. Quarto Præcepta ad bonum cuiuslibet operationis intellectus usum pertinentia.

TRACTATVS PRIMVS.
De Prima Operatione intellectus.

CAPVT. PRIMVM.
Quid est Prima Operatio Intellectus?

Dico Primo. Primam intellectus humani operationem varias habere appellationes, quarundam propias quarundam impropias ex Metaphoricâ. Appellatur enim Primo Verbum mentis. quod vel simile Verbo oris. 2do Species expressa quod sit similis imaginibus in cera sigillo expressis, 3tio imago rei.. 4. speculum mentis, eò

quod representet res ad instar Speculi et imaginis. 5. pupilla oculi intellectualis. 6. Similitudo intentionalis seu spiritualis, 7m. idolum mentale simulacrum, sigillum, idea, representatio, signum formale filia mentis, 8. Conceptus mentis formalis, intellectio, cognitio simplex, apprehensio, eò quod instar manus res quascunque fauces apprehendat. 9. Cogitatio prima, intentio seu tendentia in Verum directa, cognitio reflexa, intellectio horum est cognitio cognitionis, seu secunda intentio simplex notitia, Visio mentis, locutio interna, intuitus intellectualis abstractio rei praecisio ac emulsio, Praedicatum ut Quo, Subiectum ut Quo, Denig Nomen Logicum, et usitatissimè Terminus seu extremum propositionis, seu ex quo propositionis intellectus, eo quod illam terminat sive est non permittat quicq ab illa cognosci quàm sua prima operatio bis repetita cognoscendum proponat. Terminus est omnium consensu est id ultra quod nihil est rei quam terminat ut videtur V.S. stagni ultra aggerem, qui terminus stagni est.

Dico 2do Terminum latissimè acceptum et grammaticaliter esse quamlibet vocem, seu Partem Orationis.

Dico 3tio. Term. logicè, stricte, propriè et Aristotelicè. esse id quod potest poni in Propositione tam Subiectum et Praedicatum et convenire per Particulam. Est. nel Non est. ut V.S. Homo est animal, Ly Homo et ly animal sunt Termini duo terminantes suae propositionem, Primus terminus dicitur Subiectum. quia ponitur primo loco ante Verbum Est, Secundus dicit Praedicatum. quia postponitur Verbo Est. additò verò ly Est. ad illa duo consurgit integra propositio, Verbum ista Est vocatur Copula, Vinculum, compositio praedicati cum subiecto.

Dico 4to. Hanc Definitionem esse Aristotelis

tales

talis Definitione. vno Priord. Cap. vno. Qua est talis. Terminus est id in quod resolvitur Propō, tanq in Subm et Prædicatum, apposito Verbo Est. vel non est. Item cum illa quam pmo de Interpretatione Cap. 2do. alij Verbis ita tradit Est qua terminus significativus ad placitum sine tempore cuius nulla pars seorsum est significativa, sic idem quod tota Vox finita et recta faciens cum Verbo Est. vera vel falsam Orationem. In eandem redijt illa. Terminus est extremum Propōnis, Est illa. Est Vox signs ad placitum ponibilis in propone.

Dico 2to. Has Definitiones qua sunt Vales omnibus Terminis ita debere applicari cuilibet in Particulari. V.G. Terminus Mentalis, vel Vocalis, vel scriptus, est id in quod resolvit propō tanq in Subiectum et Prædicatum, vel mentale vel vocale, vel scriptum apposito Verbo Est, Vel non est. Quod et clarius intelligas, Suppone intellectum nostrum nihil cognoscere, sine auxilio sensuum tam exteriorum quam interiorum iuxta illud Axioma. Nihil est in intellectu quod non prius fuerit in sensu. Axioma.

Quare imprimis quodlibet Obiectum antecq cognoscat ab intellectu, prius in aliquem sensum externum. V.G. Visum, auditum &c, vicarit perquendam medium ex se emissum, qui radius dicitur species intentionalis. Rursus ab isto radio formatur similitudo et imago quedam in sensu externo. V.G. in pupilla oculi, Secunda imago, per quam imaginem oculus redditur videns rem, tum demum potentia imaginativa, seu fantasia concipit in se similem imaginem prout in oculo est. per quam imaginem fantasia fit cognoscens obiectum etiam absens, denig ob sympathiam intellectus cum fantasia formatur in intellectu proportionalis imago illius eiusdem rei iuxta ab oculo et percepta

a fantasia, a qua imagine in intellectu relucente intellectus fit cognoscens simpliciter; seu apprehendens obiectum, et sic conuentio dicit prima operatio seu simplex apprehensio ad differentiam alterius que dicit composita de quo mox. Quia vo intellectus per primam operationem non perfecte rem cognoscit ideo simili apprehensione aliud obiectum, aliquod intuetur, qua intuitione prita, succedit actus alij intellectus per quem illa obiecta duo sic apprehensa nel coniungit inter se per affirmationem nel disiungit per negationem. Et sic actus dr Iudicium enunciatiuum seu ista operatio. Et quidem si in eo iudicio sit Veritas euidens ita, ut intellectus sit contentus conquieuit in eo, si uero non sit euidens ut sit in obiectis dubijs tunc intellg quaerit medium, seu apprehendit, aliquod tertium obiectum, quod mensus per secundam operationem coniungit nel disiungit cum duobus prioribus obiectis, qua coniunctione, nel disiunctione facta elicit tertium actum iudicantem illatiue. qui actus denotatur particula Ergo. et sic dicit tria Operatio qua iudicat de connexione duorum obiectorum inter se ob connexionem eorum cum tertio obiecto, hoc iudicium illatiuum si fuerit euidens intellectui, conquieuit intellectus in illo et dicit Sabere scientiam, si uero fuerit probabile dicitur Sabere opinionem.

CAPVT. II.

Quotuplex est Terminus?

Dico primo. Terminus, alius est Scriptus, qui scribit. alius Vocalis qui uoce profertur. alius mentalis qui mente retinetur. Vt omnis operatio prima intellectus.

Secundo. alius est Vltimatus alius nonultimatus.
Nonultimatus est. qui percipit quod Vox sit Vox sed quid significet non intelligit, ut in intellecta ignorante quæ nam sint Vt. Vox Artificiales.. Cognit prima operatione de Vox sed non intelligitur quid significet.
Vltimatus dum perfecte cognoscitur et quod Vox sit Vox et quid ea significet. et tales sunt omnes prima operationi intellig eorum qui norunt idioma, quo vel disputatur vel familiariter agitur.
Tertio Vltimatus Item. alius Directus alius reflexus sine alius Primæ intentionis, alius Sdæ intentionis hoc est cognitio cognitionis, seu cognitio qua cognosco me cognoscere rem aliquam.
Quarto Alius Significativus alius Nonsignificativus.
Significativus est Qui rem aliquam certam significat.
Nonsignificativus, qui nihil præter se ipsum significat ut objectiue &c.
NB Quamvis Vox Nonsignificativa nulla esse videatur. Dico tamen nullam talem dari. Primo Quia omnis vox ex natura sua habet ut sit apta significare rem quamcunq ad eam significandam ex placito humano imponeretur. Ergo omnis Vox significativa est quamvis alia non significet. Secundo Quia omnia Vocabula ficta et excogitata ad hoc ut nihil significent eo ipso aliquam rem habent, nimirum. Nihil significare. seu nullam rem seu non significationem. NB.
Quinto Item. alius est Pertinens alius Impertinens.
Pertinens est qui vel excludit vel infert aliam
Impertinens, qui neq excludit, neq infert aliam. vt V.G. mulier et litteratus Vir et sapiens.
Sexto Repugnans alteri seu Oppositus qui aliqd

alteri opponitur scilicet. Vel relative ut Pater, Filius, vel Disparate qui nullam cum altero habet connexionem ut Homo, lignum, vel Contrarie, cum alius ab eodem subiecto mutuo expellitur. Vt album nigrum, calidum frigidum. Vel priuative cum dicit negationem forme in subiecto apto habere illam formam, ut lux tenebra, Vel contradictorie cum dicit negationem forme in subiecto non apto habere illam formam.

Conuertibilis

Septimo Conuertibilis seu inferens alterum, seu qui de altero similem predicari potest. ut rationabile nobile.

Positiuus et Negatiuus.

Octauo Alius est Positiuus qui rem rei positiuam, alius Negatiuus, qui significat non rem, ita nul priuatiuus, ut Nihil tenebra, caritas, Vel Infinitans seu Infinitus Vt non homo. non lapis et dicit rem cui proprie negatio non. quia omnia indeterminate significat.

Infinitans.

Non transcendens. qui se non extendit ad omnia sed tantum ad sua inferiora.

Transcend. q de quibus re nulla penitus excepta pt affirmari

Nono Positius Term. alius est Non transcendens. qui rei rem non predicabilem de multis, alius Transcendens. qui rei rem affirmabilem, nel de omnibus nel de pluribus, ut est Q.S. Res, ens, unum, bonum, aliquid, verum, que solent significari hoc Voc. Rebus. quibus pt addi imaginabile, appetibile, et intelligibile.

Decimo Alius est Term. Primitiuus seu denominans aliud ut omne substantiuum nomen. Aliud Denominatiuus, ut Aduerbia a substantiuis orta. Vt. Sapienter, a sapiens denotata.

Undecimo. Alius est Term. Abstractus, qui rem simplicem seu abstractam rei a suo subiecto id q abstracte ut albedo realitas nel non abstracte ut albedo. Alius Concretus, qui rem subiecto, conjunctam, concretam rei ut album, homo.

Duodecimo. Alius est Copulatiuus seu Collectiuus ut

grex

Grex, populus, exercitus &c.

Decimotertio. Alius est Complexus seu compositus, iste nel vere tantum, qui pluribus dictionibus unum significat ut Homo bonus, et uno Verbo, Omnis definitio, uel significatione et Voce qui pluribus Vocibus plura sgt ut Petrus sedet.

XIIVS Incomplexus seu simplex, itidem uel uere tantum ut Homo. uel significatione tantum ut Homo bonus, Vel Voce & significatione ut Homo, Leo.

XIV. Alius est Categorematicus, seu absolutus, seu substantiuus, qui se solo significat rem aliquam, siue secundum Hurtadum. Term. absolu: est. Qui se solo perfecte est significatiuus, qualia sunt omnia concreta et abstracta substantiua, ut Homo, Humanitas, albedo. &c. Item Adiectiua sumpta substantiua, sunt Term. absoluti, ut album ignitum id est res habens albedinem, ignem. talia en composita substantiue sumpta non egent ullo termino ad perfectam significationem, ut si dicas ignitum Vitt facile intelligis res habens ignem uult. Haec tamen absoluta et illis similia, habent duo significata Materiale in subiectum, affectum denominatam ab aliqua forma, et formale ipsam formam denominantem: Primus exprimitur in recto potius in obliquo, ut Homo est animal (ecce in recto.); Habens humanitatem (ecce in obliquo) i in accusatiuo. Album est res habens albedinem. Significare in recto est rem significare in Casu Nominatiuo, in obliquo Verò, et significare in omnibus alijs casibus.

Alius Syncat Categorematicus seu Consignificatiuus, qui se solo nil significat, qualia sunt omnia nomina adiectiua, seu denominatiua omnes casus obliq. Item. Coniunctiones, aduerbia, praepositiones.

XV. Alius est Term. Primæ intentionis, qui significat rem prout est in se sine denominatione accepta ab intellectu. Alius secundæ intentionis, qui significat rem prout denominatur ab intellectu V.G. cognitam.

Sing. q. pt demonstrati & den. sic. sine & existat in re vel

XVI. Alius est Singularis qui rem singularem sgt eam vel certam et determinatam V.G. Michael, Petrus, Paulus, Philippus, et alia nomina propria. Vel magam ac indeterminatam ut V.G. aliquis homo. Vel ex suppositione certa ut V.G. Filius Beatissimæ Virginis supponto quod unum habuit Jt. Filius Philippi.

XVII. Alius est Communis seu universalis, seu Prædicabilis qui significat rem convenientem pluribus, seu prædicabilem de pluribus ut V.G. Animal, Homo,

Term. Communis dividitur in V. alios quorum prim. Genericus

XVIII. Term. Communis dividitur in V. alios quorum primus est Genericus seu Generis qui sgt rem prædicabilem de multis differentibus specie ut animal. Secundus Specificus, seu Speciei. quæ significat rem prædicabilem in Quid de multis differentibus numero. Tertius est. Differentialis seu Differentia qui significat rem prædicabilem in quale quid essentiale de multis ut rationale. Quartus est Proprius seu Proprium qui sgt rem prædicabilem in quale accidens, Vt risibile de homine et sor dicit Propriam. Quarto modo. seu proprium quod convenit omni soli et semper. Nam propria quæ dicuntur Primo modo: sunt, quæ conveniunt soli semper et non omni

Quid & proprium quarto modo?

Propria secundo modo. quæ conveniunt omni ~~soli~~ semper sed non soli. Q

Propria tertio modo, quæ

conve;

conueniant omni soli sed non semper.

Quintus. Accidentalis seu accidens vel quintum Predicabile qui sit vere predicabilem, de multis in quale non conuerrunt albus, doctus, senex, ꝛc.

XIX. Horum omnium Terminorum Vniuersalium quilibet aut est equiuocus, qui nimirum plura significat vt sunt plura V.G. canis qui sit celestem, domesticum, et marinum. Alius Vniuocus qui significat plura ut sunt Vnum, ut animal, Homo, Asinus denique Analogus qui significat plura ut sunt Vnum, a quibus et Aut sunt plura. quem Aristoteles vocat 4 Metaph. t. 2 ad vnum scitur Vniuocum secundum Vnum. Analogus

CAPVT III

Quot et qua sunt proprietates Terminorum?

Duo Primo Proprietates Terminorum sunt enumeratorum, communiter sub oratione. Status. Ampliationem, restrictionem. alienationem, diminutionem Appellationem et Suppositionem. Proprietates Terminorum. 7.

Dico 2do Status cum ver termino aliquo significata, presertim in subiecto Propositionis accipit pro tempore denotato per Copulam. Vt si Verbum sit praesens Diuidit vel Terminus ver etiam accipiat pro tempore Praesenti Praeterito vel futuro. V.G. Petrus est albus, ver subiecto Terminis propositionis significata. Vt Petrus est pro tempore Praesenti albus, ꝛc Verbum seu Copula est, est temporis Praesentis. Status. et id. quando subiecti et praedicati est eiusdem temporis, cuius est et Verbum.

Dico 3io, Ampliatio est Status opposita, Est enim extensio pro tempore a Mutuo ad manus, ut cum Verbum Est temporis Ampliatio

præsentis Scriptum vero Præsenti V.S. cum dicit Homo est mortuus Sensus est Iuxta Propositum, Ille qui fuit Homo, & nunc cadaver, est mortuus, ubi by Homo amplias seu extendis ad tempus præteritum cum tamen Verbum sit Præsentis temporis.

Restrictio

Dico 4to Restrictio seu Diminutio est Contractio Termini a majori significatione ad minorem ut V.S. cum dicit Omnis Deo iustus salvabit, by Homo restringitur ad illa significandum certum Deo est iustum.

Alienatio

Dico 5to Alienatio seu distractio est Metaphorica terminii acceptio, ut cum dicit Deo placuit Venire. Accentio non differt a distractione quicquid aby dicant, Appellatio est cum vetitione.

Suppositio est substitutio termini Vocalis loco mentalis.

Dico 6to. Suppositio celeberrima et Celeberrima Terminorum propriæ est substitutio seu suffectio termini Vocalis loco mentalis. Sicut enim Viri Principes habent suos subdelegatos et subditi suffraganeos superiores ad obeunda illa munia quæ non possunt ipsi per se obire, Ita operationes intellectus cum non possunt in disputationibus per se ipsas apparere, loco illarum sunt nobis a natura datæ notæ, quæ ideo dicuntur supponi pro conceptibus, significare vero vel Quod ut intelligas

aliud est Significare

Suppone primo. Significare idem est quod representare manifestare, vel ducere in Cognitionem rei absentis ut V.S. vestigium hujus in cujus cuiusdem, sumus in Cognitionem ejusdem et hæc duo dicunt Signa Naturalia, quod habent omnia, non eum re aliis sunt Signa ad distinctionem rerum nos humanarum seu ad placitum. V.S. habere quæ est significatio vendibilis ex placito Hominum. Supponi item est sufficio pro alio ad exercendum actionem quod alius exercere debuerat, seu ad præstandum aliquid quod alter præstare

aliud Supponi.

turn

prius erat. Quia Vō conceptus mentales ut proè signales non possunt esse signa sensibilia rerum, propterea pro illis supponunt seu usurpantur Voces.

Suppone ergo Verificari terminum nihil aliud esse quam nec ne convenire aliquod Predicatum subiecto alicui, accipiō vō terminum est limitare multiplicem significationem termini, ad unam significationem.

Dico Septimo Suppositio dividit primo in Materialem et formalem. Materialis suppositio est subrogatio seu usurpatio termini vocalis pro se ipso aut Voce gradam est. Materialis rursus duplex est, nel extrinseca cum terminus usurpatur secundum id quod ei ab intellectu convenit ut Vg. cum dicitur Homo est nomen trium partium, vel intrinseca, ut cum dicit Homo est Vox nel sonus, tum enim accipitur terminus homo secundum id quod ei naturaliter inest. Formalis suppositio est subrogatio termini pro re significata et secundum alia est propria alia impropria. Formalis impropria est usurpatio termini metaphorica Vg. cum dicitur Cristus est Leo nel agnus, ex. gr. Propria est Vnius termini in significatione propria. Rursus Propria alia est absoluta nimirum Vnius termini pro significato mediato et immediato in materia essentiali convenigante Vg. cum dicitur Homo est animal by Homo usurpatur pro humanitate seu natura humana quam immediate significat et quae illi animalitas essentialiter inest ideo dicitur absolute supponi. iam autem in hac propositione Homo non est lapis, itidem supponit absolute quia usurpatur pro immediato significato in materia congruante. Alia suppositio est Simplex. Vt Vnus terminus pro suo immediato significato tantum, seu ad significandam rem ut denominatur ab intellectu, Vg. cum dicit Homo est species animal est genus. Alia suppositio est Personalis si subrogatio Vocabuli pro termino mentali ad significandam rem prout est a parte rei, seu aliter Est Vnius termini pro mediato significato.

Suppositio Simplex et Materialis et formalis.

Materialis alia intrinseca alia extrinseca.

Formalis alia propria alia impropria

Propria alia absoluta alia Simplex

alia Personalis.

ti terminus sit communis. Verò singularis pro immediato, secundum quod est a parte rei Vti in subiecto accidentalibus praedicatis contingit Vg. Cum dicitur Homo est albus, vel Petrus est niger.

Formalis propria alia naturalis alia accidentalis.

Suppositio item formalis propria. alia est naturalis, alia accidentalis. Naturalis, est Vnus terminus pro omni suo inferiori significato Vg. in hac Propone, Omnis Homo est animal. Terminus Homo, accipitur pro omni suo inferiori, Petro, Paulo. Et accidentalis est Vnus terminus pro inferioribus non omnibus sed quibusdam certis et secundum exigentiam temporis. Vg. Cum dicitur Homo currit Vel current. vel (curret, id est certus et non omnis Homo.

Propria alia singularis alia communis

Rursus Suppositio Propria alia est Singularis alia communis. Singularis est Vnus terminus singularis ad significandum rem singularem singulariter. Vg. Petrus est Magister. id est singularis singulariter acceptus. Communis, est Vnus terminus ~~re~~ communis pro re significata communi. Vg. Animal est Viuens, Vbi terminus Animal accipitur pro re communi omnibus animalibus.

Communis dividitur in confusam et determinatam et Collectivam.

Communis rursum suppono. subdividitur in confusam seu vagam et determinatam, in collectivam seu copulativam et distributivam. Confusa est substitutio Vocabuli communis affecti signo aliquis. seu est Vsus termini communis diminutum accepti. pro inferioribus. Vage et indeterminate Vg. Cum dicitur aliquis equus ad comedendum est necessarius, by aliquis equus in suppone confusa accipitur. Determinata est substitutio Vocabuli communis affecti signo aliquis ~~per~~ et praedicato contingenti sed existenti Vg. cum dicitur aliquis quinquagenta Philosophorum habet annulum ubi aliquis determinatur per annulum—.

Determinata.

Coll.

Collectiua seu Copulatiua, est Vsurpatio termini communis affecti signo universali Omnis pro omnibus significatis simul sumptis Vg. Cum dicit Omnes Philosophi sunt quinquaginta Sor. et Collective seu copulative non distributive Sumpti. Collectiua

Distributiua Vsurpatio termini communis pro singulis inferioribus seorsim acceptis Vg. Omnis Sor est animal, id est et Plat. et Aristot. Et hec ratione alia est Simpliciter distributiua, ut cum dr. Omne animal sentit, intelligit. Alia distributiua secundum Quid. Distributiua

secundum quid! accommoda tota ergo completa.

eag vel accommoda, ut cum dicit Caelum tegit Omnia corpora, ubi term. tegit accipit in suppone accommoda. intelligi en debet tegere Omnia corpora excepto Le; Vel incomplota ut cum terminus accipit pro generibus singulorum non vero pro singulis generum. Vg. in hac propone Omne aal fuit in Arca Noe ubi animal accipit pro generibus singulorum; non vero pro singulis individuis generum. incomplete.

CAPVT .IV.

Quid est Definitio, quae est proprietas generici et differentialis termini?

Suppono Definitionem aliam esse Realitiuam seu objectivam seu ut Quod. ri rem quae definit, aliam formalem seu conceptum mentis seu vt Quo. Praeterea utramq; Sanc. Definitionem aliam esse Vocalem aliam Scriptam.

Suppono esse Definitionem ideo appellari proprietatem termini generalis et differentialis simul sumptorum, quia soli genera et differentiae simul sumptis convenit naturam rei explicare, quod est esse Definitionem. His suppositis.

Dico Primo Definitionem latius sumptam usitatam tamen

Definitio nib Definitiõ:

in Philosophia pode rõ definiri. Est Oraõ explicans naturam rei. Sed quia Sæp explicãõ naturæ nanq; nobis fit, quando eã rãa rei explicãt per dictatebo, quandoq; per causas uel accidentia, ideo etiam multiplex est Definitio.

alia quid nominis alia quid rei

Dico ergo Definitionem aliam esse Quid Nominis, quæ explicat significationem uocabuli. Aliam esse Quid rei quæ explicat rãam ipsiusmet rei. Hæc rursus alia est Perfecta, alia Imperfecta. Imperfecta dicit quæ non perfectè explicat naturam rei et dupler Physica, uel Causalis, quando per Quatuor causas, uel omnes, uel aliquas datur. Vt Materialem seu ex qua res constat. Formalem seu per quam res est. Efficientem seu â qua res est. Finalem seu propter quam res est. V.g. Causalis Definitio Hominis est. Sæc. Homo est Compositus ex anima rationali et corpore, creatus a Deo propter felicitatem æternam. Et tali definitione definiuntq; omnia entia per accidens, relatiua, connotatiua, artificiata. Dicit etiam Physica Definitio quæ datur per accidentia communia uel propria rei, Sæp tamen propriè dicendo non definitio sed descriptio est.

4. Causæ

Defi: Physica

Defi: Methaph.

Dico 3tio Quæ dr Methaphysica inta Arist. Primo Topi: C.4. Est Oraõ explicans quod quid est rei, hoc est exprimens naturam rei. quiditatem uel essentiam. Quia ẽn ad quæstio nem factam p Quid est? respondemus p definitionem rei. ideo dr definitio explicare quod q rei. Quia rõe essentiam rei clare attingens non potest Vrgani intellectus ut quæret aliam rãam rei præter genus et Differã ideo Communis definitio Aristotelica terminus appellat. Hæc Definitio dr constare genere et differa. Genere q dem proximo et uniuoco, nam remoto non sufficienter explicat natura rei, licet addatur differentia proxima. -

Cap.

CAPVT .V.

Quid et quotuplex est Diuisio?

Dico inc. Diuisio est oratio totum in suas partes adaequate diuidens.

Dico 2do Diuisio alia est rei alia Nominis. Nominis est qua vox plura significantem diuidit in suas significationes, ut canis VS. hanc vocem significat animal domesticum, et pisce celeste. Rei est. qua res diuiditur in ea quae illi insunt, quod fieri pt tripliciter uno actione duplici in existentia partium in toto. in per se et per accidens. Diuisio totius per se. Est qua diuiditur totum in suas uerae et propriae partes quae triplices sunt. quod triplex est totum seu diuisum. Prima diuisio est totius integralis in partes integrantes, sive illae partes sint homogeneae sive eiusdem naturae et nominis cum toto ut. VS. cum aqua diuiditur in partes quarum quaelibet et uocatur simili aqua. Sive partes heterogeneae sive est diuersae naturae et appellationis ut. Vg. hi diuidat hominem in caput pedes manus &c. Secunda diuisio est totius essentialis in partes essentiales sive Physicas, ut cum Vg. homo diuiditur in corpus et animam. Sive metaphysicas, ut cum corpus diuiditur in animatum et inanimatum. Tertia Diuisio est. totius Vniuersalis in partes subiectiuas, seu inferiores respectu totius, quod est quid commune ad illas ut. Vg. cum dicitur. Animal aliud et homo aliud bruta.

Diuisio per accidens. qua diuidit rem in accidentia eidem rei conuenita. et haec est triplex. Prima est. accidens in subiecto, cum dicit diuisum seu totum est accidens membrorum diuidentium ut. Vg cum dicitur Alborum aliud est calx aliud nix. Secunda est. subiecti in accidentia cum dicit membra diuidentia sunt accidentia diuisi, ut Vg. cum dicitur Hominum alij sunt docti alij nudi.

Di mi si o
- Nominis
- rei
  - per se

Di mi sio
1. totius integralis
2. totius Essentialis
3. totius Vniuersalis.

2.

3

Diuisio per accidens
1 accidens in subiecto
2 Subiecti in accidentia
3 accidens in accidentia.

tia. est accidens in accidentia, quando etc divisum et membra dividentia sunt accidentia eiusdem subiecti ut Vg. cum dicit, album aliud est dulce, aliud insipidum.

QVERES. Quænam sunt leges bonæ divisionis?

Respondeo. tres potissimum assignari. Prima ut membra dividentia sint aliquomodo inter se dividentia, nec scilicet non se inuicem implicant. quam ob causam stricte loquendo reprobat divisionem animalis in album et nigrum, quia utrumq; horum membrum uni et eidem competere Vg. cygno. Secunda ut partes singillatim sumptæ minus dicant quam totum sumptæ vero simul sumptæ idem quod totum, ob quam causam male dividit animal in Rationale et irrationale Sensu, vel elementum in ignem, et aquam, quia horum, etc. dat plus dicit quam totum præditum ratione et irrationem sensu, sicut et elementum plus dicit quam ignem et aquam. Tertia, ut membra dividentia sint prima. Inde male dividit Viuens in Hominem, equum, Leonem, Canem etc.

Fieri ergo debet divisio. primo in species generales et nouissimas species in alias debent dividi, donec deueniatur ad id quod inquisitus, ut. Vg. Viuens, aliud est dat. aliud Planta. item. dat aliud homo, aliud brutum, Item planta. alia est arbor alia frutex, alia herba etc.

Primo de Partibus aliorum. C. 3.

CAPVT. VI.

Quid et quotuplex sit Prædicamentatio.

Dico 1mo. Prædicamentum seu Prædicamentatio vel Categoria quæ est propriorum generis, speciei et differentiæ, est species seu dispositio prædicatorum essentialium, seu generum et specierum et differentiarum, in substantia

creata

creata completa, et accidente relationem respicit ad cognitionem seu ad intellectum, quæ bases dicuntur prædicamentorum.

Duo secundo. PRÆDICAMENTA. decem tantum esse. Prædicamenta. 10.
quia de prima substantia hæc tantum 10 sunt prædicabilia, seu quæ sibi. Primo Quid est? et sic nascitur Prædicamentum Substantiæ. Secundo. Qualis est? et sic Prædicamentum Qualitatis. Tertio. Quanta est? et sic Prædicamentum Quantitatis. Quarto. Ad quid seu cum quo? et hinc Prædica: Relationis. Quinto Quid agat? et hinc Prædicamentum Actionis Sexto. Quid patiatur, et sic Prædicamentum Passionis. Septimo. Ubi sit? et hinc habetur Prædicam. Loci. Octavo Quando nel quam diu? et hinc Prædicamen: Temporis. Nono Quomodo est. Et hinc Prædicamentum Situs. Decimo. Quomodo se habeat? et hinc Prædicamentum Habitus.

Ab hinc (quoniam) linea Prædicamentalis dicta arbor a similitudine trunci Porphyriana ab inventore. ——.

Quæres quid sibi velit hæc arbor Porphyriana? R. illa continere coordinationem generum et specierum. Primo ea in illa ponit Genus generalissimum. quod sola nullam habet differentiam, non est species, et appellatur Substantia. 2do. ponit genus subalternum, quod simul etiam est species subalterna et hic Corpus, quod constituit per substantiam, seu quam per genus et differentiam, Corpoci.

quæ advenit Substantiæ. 3io loco ponit Viuens, seu animatum quod constituit per Corpus, tanquam per genus et differentiam animati. 4to loco ponit animal quod constituit per viuens et differentiam sensitiui quæ viuenti advenit. 5to loco et ultimo ponitur homo. qui constituit per animal et differentiam animalis, quæ advenit animali, erga speciem et non genus.

A regione Corporei ponit Incorporeum, é regione animati, inanimatum, é regione Sensitiui, insensitiuum, &c. est é regione differentiæ constitutiuæ generis, ponit alia differentia non constitutiua. sed solum diuisiua, quia solum diuidit et non constituit genus cui advenit. Vt Vg. incorporeum quæ est differentia diuisiua substantiæ, (diuidit en substantia alia Corporea alia incorporea) non constituit ipsam substantiam in certa specie sicut differentia &c. Vg. Corporeum aut Sentiens aut Viuens.

Quæres 2do. Quid requiritur ad hoc ut aliquid ponatur in Prædicamento Substantiæ?

Resp. Tria communiter requiri. Primo ut sit creata et completa ob quam causam, materia et forma et partes integrantes, pes, oculus, non ponuntur in prædicamento substantiæ directe, nisi forte impropriè et indirecte eo quod sint partes substantiæ completæ. Secundo debet esse aut genus aut species, ut directe ponit seu in recta linea, Vt autem a latere, debet esse differentia. Tertio. ut genera Speciei ponantur terminis substantiuis concretis. Differentiæ autem concretis adiectiuis.

Resp. 2do. Vt aliquid ponatur in Prædicamento accidentis, debet exprimi termino siue concreto siue abstracto substantiuo tamen si genus aut species fuerit accidentis. si autem differentia termino adiectiuo.

Duo 3io. Varia Status Prædicamenta rerum a Vasq, Alius enim assignatur Diuinum seu Theologicum in quo solum 7 Prædicata essentialia et accidentalia disponant. Aly Prædicatorum transcendentalium seu Analogorum, aliud Vniuocorum. Aliud Reductiuum.

aliud

aliud Ens rationis, aliud Ens Moralium, aliud denig Ens quorung modo ab intellectu cognoscibilium, modo sint genera species, et differentiæ. Vide breviter.

Collige. DEUM non poni in Prædicamento Substantiæ, 2do Primo. Quia Deus sub nullo genere aut specie univoca nec analoga immediate continetur pt. Si enim immediate sub genere contineret. et species; quod dicere de Deo est hæreticum. Vel alitur singulare completum Dei est Deus. poneret immediate sub genere, et sic genus completo præ; dicaret de illo contra definitionem generis. Sub specie etiam immediate poni non pt. Quia solo numero tantum Deus differt a creatura quod est absurdum. Ponitur tamen sub ente reali Deus tang Analogas tum Principale.

Quæres, quid significant singula Prædicamenta. et quæ uniuscuiusque proprietates?

Respondeo. Substantia Est Ens per se existens, seu quæ non indiget subjecto ad Esse ut in illo inhæreat.

Dividitur Substantia in Primam et secundam.

Prima est Singularis ut Petrus Paulus &c. Dicitur Prima Substantia. quia per se et primo subjicit accidentibus recipiendis et omnibus generibus tanquam inferior superioribus. Secunda est Communis ut Homo, animal, & similia.

Prima Subst: quid?

Proprietates Substantiæ. sunt Quatuor.

Prima Non esse in subjecto inhærionis, seu non inhærere in alio, sicut albedo in Pariete. 2da. non habere contrarium. Una enim Substantia non est contraria alteri. 3tia. Non suscipere magis aut minus, Una enim Substantia non est magis Substantia quam altera. 4ta. Esse susceptivam Contrariorum. Eadem enim Substantia, et saluem

et figuli recipere potest.

Respondeo 2do. Quantitas est per quam res redditur quanta et extensa.

Quantitas solea Continua

Et hæc Duplex est. Continua et Discreta.

Continua est cuius partes communi aliquo termino copulantur. ut partes lineæ vg. copulantur medio puncto, quod commune est utriq; parti lineæ.

Discreta et. Quæ subet partes non copulatas termino communi ut, nus meno. Quorum. Continua quitas triplex est. Linea, superficies, Corpus seu profunditas. Linea est sola longitudo sine latitudine et profunditate. Superficies est latitudo et longitudo sine profunditate. Corpus est longitudo latitudo et profunditas.

Continua 3plex.

Discreta

Discreta quitas iterum duplex est. Numerus et Dictio. Proprietas ter quantitatis tres sunt. Pars. Non subeve Contrarium. Eda non magis pve nagis et minus, Eqa. facere res æquales nel inæquales.

Respondeo 3to. Qualitas est secundum quam dicimur quales. ut Sapientia, iustitia, a quibus dicimur iusti sapientes &c.

Dividit Qualitas. in habitum et dispositionem, in naturalem potentiam et impotentiam, in Passibilem qualitatem et Passionem. in formam et figuram.

Habitus é Qualitas difficile mobilis a subiecto ut Scientia.

Dispo. est Qualitas facile mobilis seu separabilis, ut Cognitio transiens.

Potentia est Principium nadi ad operandum nel resistendum contrario, in nellus - ad intelligendum.

Impotentia est debilis et imperfecta aptitudo ad operandum nel resistendum.

Passibilis qt. quæ sensu percipit et manet in subiecto, ut calor, frigus, &c.

Passio est qualitas cito adueniens, et recedens, ut rubor ex verecundia pallor ex calore. Passio tamen a Philosopho, dicitur quælibet proprietas rei.

Passio secundo Philosophi.

Forma est Modus ac dispositio terminorum, quantitatis in aliqua re

re naturali vt Vg. Corpus triangulare.
Figura est eadem dispō terminōum in abstracto, ut rotunditas, quadritas, ꝛc.

Proprietates Qualitatis sunt. 3. Prima. Habere contrarium. ut Calor et frigus, 2da Suscipere magis et minus. Vg. calefieri. 3ia. Simile vel dissimile facere.

Respondeo 4to. seu ad aliquid. (vt id per quod aliud refertur ad aliud, ut similitudo, æqualitas, Paternitas, ꝛc.

XII. Ad relationem hæc pertinent. Primo Fundamentum seu id per quod refertur. 2do ratio fundandi relationem, seu ratio per quam aliud infertur. 3io. Terminus ad quem refertur fundamentum Vg. Pater est fundamentum relationis, Ratio fundandi. Paternitas. Terminus. Filius. Hæc tria cum adsunt, necesse est Vnum inferri ad alium.
Relativa alia dicuntur æquiparantia, alia disquiparantia.
Æquiparantia sunt quæ habent similitudinem appellationis ut æquale æquale. Disquiparantia. quæ habent dissimilem appellationem ut Servus, Dominus. Item Relativa alia sunt Mutua alia non Mutua.
Mutua sunt quæ ad se mutuo referuntur ut Pater ad Filium, Filius ad Patrem, Non mutua quorum Vnum ad alterum refertur, non tamen econtra. ut Creatura ad Creatorem, Creator ad creaturam non tamen ad creaturam. Proprietates Relationis sunt. Primo. dici ad Correlativum Sed sit solis mutuis relationibus communi. 2do. Suscipere magis et minus. 3io. Habere contrarium, sed ea duæ extremæ solum ratione fundamenti conveniunt relationi, 4to. simul natura ēe. et simul cognosci cum altero.

Rel. mutua alia, alia non mutua.

Rem. 5to Actio et Passio sunt una forma, quæ quatenus fit ab Agente, dicitur actio. quatenus recipitur a Passo, dr Passio. ut Vg Calefactio quatenus fit ab igne est actio. quatenus recipitur in natu. est Passio.

Actio et Passio alia ē anima, alia corporis, alia immanens, alia transiens,
Immanens est quæ recipitur in eo quod agit ut intellectio in intellectu.
Transiens est quæ recipit in alio quam a quo processit, et quasi transit ab
agente ut calefactio vg. in foro producta ab igne.

Proprietates horum Prædicamentorum sunt. Primo habere
contrarium, 2do suscipere magis et minus, Sed hæ proprietates magis
sunt agentis et passivi ratione qualitatis. 3tio Unum referri ad aliud, si ēn
est dictio etiam passio est. et contra.

Vbi. est existentia in loco. Quando est existentia
rei in tempore. Situs est dispō partium rei in loco existentis in ordine
ad locum seu partes loci ut Sedere vg. Stare, decumbere, nihil aliud ē
quam certum habere situm in loco. Differt Situs ab Vbi. quia
Vbi est sola existentia in loco.

Vltimo Habitus est. adiacentia corporis alicuius extrinseci
circa aliquam rem ut esse Vestitum. &c.

Sic enumerantis Aristotelis Prædicamentis tradat

Post Prædicamenta. quæ quinq; capitibus includit.
Postpraedicia.
Primo. agit de Oppositis. Secundo. De Prius. Tertio de Simultate.
Quarto de Motu. Quinto de Habere.

Quæres quæ sunt ista seu quid sint ista Postpræd.?
Respondeo. De Oppositis iam supra dictum est.
Resp. Prius. unum alio dicimultis modis qui modi illo Postpræd.
continentur. Tempore natura. prius ordine, dig: et honore
Et causa effectis dicitur esse prior.
1. Tempore. dicitur prius alio, quod tempore antecedit aliud, ut Adam
prior Salomone. 2. Natura prius, quod (ut ait Aristo) non
convertitur secundum subsistendi consequentiam. Hinc. est Ergo ex alte-
ro recte infertur, ipsum tamen mutuo non infertur aliud Vg. Dal

est

est prius homine natura quia licet inferre sic. Est Homo, ergo animal. non è conuerso. Est animal ergo Homo, multa enim sunt animalia & non homines. 3. Ordine prius. Quod praecedit aliud ordine ut in Oratione prius Exordium quam Narratio. 4. Honore et dignitate, quod dignitate sua superat alterum, seu est dignius alio ut anima Corpore, aurum argento. 5. Causalitate seu dependentia prius. Est causa alterius secundum rem aut saltim rationem, licet ex effectu tali etiam inferatur causa. Vt. Vg. Ortus solis prior est die causalitate, quia causat diem, quamuis ex eo diuerse inferatur Ortus solis.

Resp. 3io. Simul existunt res tribus modis. imo tempore, quorum generatio est eodem tempore, ut sol et lumen solis. 2do Natura. simul sunt quae se inuicem inferunt, neutrum tamen est causa alterius ut duplum Vg. est simul natura cum altero dimidio non tamen causa alterius dimidij. 3io Participatione simul sunt, plures species unius gen. ut Vg. Leo, homo, canis, &c. simul natura dicunt seu participatione, quia aequaliter non participant animalis.

Resp. 4to. Motus, alius est generatio, alius Corruptio, alius augmentatio, alius diminutio, alius alteratio, alius demum Motus localis. Generatio est mutatio substantiae, Augmentatio et diminutio est mutatio quantitatis magnae uel paruae. Alteratio, est mutatio qualitatis vg. caloris uel frigoris &c. Motus localis denig est mutatio loci.

Resp. 5to. Habere. sigt aut habere qualitatem, ut Virtutem. vg. aut Vitium, 2do habere paruam quantitatem uel magnam, 3io habere Vestem seu Ornamentum ut Vestem torquem. 4. habere partem, ut manus digitum &c. 5 habere locatum, ut modius dicit habere triticum. ipse tanquam locatum. 6to habere possessionem ut Praedia 7mo habere cohabitationem cum digno, ut habere uxorem 8uo ut habere seruum. Habere relationem. ut habere famulum.

modi habendi 8.

CAPVT VII.

Quis usus et quotuplex Terminorum ut sunt partes secundæ operationis?

Dico Primo. In terminis oppositis, contrarie contradictorie, relative privative licet argumentari ab affirmatione ad negationem alterius, non vero é contra. Vg. Est album ergo non est nigrum. non Verò é contra Non est nigrum ergo est album, falsa enim est talis argumentatio, multa enim sunt quæ nigra non sunt non tamen sunt alba, sed vel rubra vel cærulea &c. Ratio huius est quia oppositionem cuiuscunq rei naturaliter sequuntur negationes omnium aliarum rerum a re ponta. At Vero ad negationem una sublata vel perempta non sequit positio cuiusq rei.

Nomen infinitum

Dico secundo. Nomen infinitum potest Prædicari Propositione affirmativa tam de ente quam de non ente, tam de possibili quam de non possibili. Ratio est. quia negatio ex se non requirit subiecti existentiam realem, sed sufficit rationis. seu per conceptum, infinitum autem nomen est negatio.

Dico tertio. a Termino infinito ad negativum est bona consequentia, et contra a negativo ad infinitum. ut. Est non albus ergo non est albus, et non est albus ergo est non albus. Ratio est Quia in re idem est negationis affirmatio, et affirmationis negatio, Præsertim cum utrobiq negetur existentia termini.

Dico 4to. in Propositione, quæ constat Termino infinitate, si Verbum Est purè sumatur nullibi consequentia

seq.

semper ꝑ autem Modus illi addat, et non infinitetur, tum non valebit. Ratio est quia totum debet esse infinitatum et negatus.

Dico 5to. Non transcendens potest infinitanter assumpare. Quia potest praedicari de omni alio praeter terminum cuius est negatio

Dico 6to. Terminus infinitatus licet ad hoc distribuatur ut neget omne significatum nomis quam exponit. Vg. Non homo. non tamen distribuit ad significandum omne id progno supponit. Vide cum dico Non homo, hoc propositio non aequivalet huic. Omne quod non est homo, Sed hoc, aliqd quod non est homo, magis nimium acceptum et extensum ad ens, et non eas.

Dico 7mo. Omnia Nomina abstracta possunt esse subiecta in Propone. Ratio est. quia sunt nomina substantiva. seu absoluta.

Dico 8vo. Nulla nomina connotativa in suppositione formali possunt esse subiecta Propois. Ratio est. quia cum sint adiectiva nel adverbia nel casus obliqui non sunt per se significativa, nisi substantive accipiantur iuxta illud Grammatici Mobile fit fixum si fixum mente subaudis.

Dico. 9. Nomina conveta substantiva. pio formali seu in obliquo, significant formam.

Dico 10. Aequivoca antequ definiantur distinguenda sunt. Ratio est. quia cum definitio sit explicatio entis rei et essentia sub nomine aequivoco non sit una, necesse est eam determinare.

Dico 11. Definitio debet esse clarior Definito, 2do convertis cum definito, 3io differre ratione ab illo. 4to Nec plus nec minus continere quam debeat, 5to Quicquid definitio convenit etiam definito convenire debet.

Dico 12 Pro omnibus amplationibus intelligendis spectandum esse sensum loquentis, et naturam praedicati utrum ille possit ampliari.

Dico 13. Terminus significans inceptionem alicuius rei ampliandus est ad praesens et futurum tempus ut si dicatur Vg. Motus incipit fieri est. Motus qui est, vel erit. similiter. cum dicitur Petrus aedificat domum. Ille qui vel est vel erit. Terminus vero significans finem, desitionem ampliatur ampliandus est ad tempus praesens et praeteritum ut tempus desinit. Subintellige quod est vel fuit. Petrus destruit domum intellige quae est vel fuit.

Dico 14. a Termino restricto valere consequentiam ad omnem terminum sic. Vg. Homo currens est, ergo est vel existit

Dico 15. In Propositione continente Praedicatum potentiale subiectum supponit solum confuse nec opus est ut Praedicatum verificetur de singulari determinato ut. Vg. aliquis lapsus est necessarius ad discendum, non licet infere Ergo sic vel ille nullus enim sic particularis determinate sumptus est ita necessarius ut sine illo isto non possit pervenire.

Dico Vltimo. In Propone quae constat Praedicato contingenti vel existenti subiectum determinate suppone. Praedicatum de certo subiecto verificatur. Ratio est. quia accidens inesse solet existenti subiecto et Haec de Prima Operatione. Sequitur

TRACTATVS DE Secunda Operatione.

CAPVT I.

Quibus nominibus appellatur eda Operatio

Dico imo. Semina Oratio gtenus mente concipiꝫ, seu gtenus est mentalis, dicitꝫ interpretatio. gnteng vere exprimitꝫ lr Vocalis Enuncia cntio, quateng in syllogismo ponitꝫ ad inferendam conclusionem dicitur præmiss maior vel minor. illa quæ primo loco ponitꝫ. Sor qua eda. quatenus inferitur ex præmiss. Conclusio. gng proponitꝫ ad disputandum lr Propoo seu thesis. gng est dubia dictꝫ quæstio, quatenus adfertꝫ contra opinionem adversary dicitꝫ instantia, Quateng inopinatum aliquid enunciat, vel contra communem dictꝫ dicitꝫ Paradoxon. ut ꝑ dicitur Sine Logica nemo potest salvari, quateng est nota per se dictꝫ, Principium, Axioma dicꝫ gnitas, ꝛc. Vocatur etiam assumptio, antecedens, consequens compositio, divisio, affirmatio, negatio, judicium enunciativum, assensus et dissensus mentis, judicium compositivum et divisivum, Oratio indicativa, Copulatio, dicopulatio, prædicatio, attributio, Oratio significans Verum vel falsum.

CAPVT SECVNDVM

Quid est Enunciatio?

Respondeo. Omissis Varijs Definitionibus cum Aristotele Primo de interpretatione, (c. 4. et imo primi Cap. 1. Est Oratio in qua aliqd affirmatꝫ vel negatꝫ verè vel falsè. Quam Definitionem ut intelligat Suppono Primo Orationem esse vocem Significativam ad placitum, cujus partes sunt significativæ separatim sumptæ non tamen affirmant vel negant quidquam.

Verbo dia. { perfecta. / imperfecta.

Suppone 2do Orationem aliam esse sine Verbo, aliam cum Verbo et dicit aliam esse imperfectam, eò quod imperfectum generet sensum in animo audientis, qualis est ista Oratio Optativi modi. Vtinam essem Rex. nel modi Coniunctivi Cum studerem, Vel Modi infinitivi nel modi Imperativi, nel Deprecativi, nel Subiunctivi &c. Aliam verò Perfectam quæ perfectum etiam sensum generat in animo audientis et talis est sola Oratio Indicativi Modi, in qua etiam Hypothetica seu Conditionalis includit, quia veritate continet Verbum in Indicativi modi. Atq; Ecce sola Oratio Verum vel falsum dignit. sola Ecce constat nomine Aristotelico de Verbo.

Suppone 3tio Nomen apud Aristotelem 1o de interpret: C. 2. dignificat sonum terminum incomplexum substantivum cuius definitionem talem esse Nomen est Vox significativa ad placitum, (ubi excludit gemitus, stridores, sibilos, pipitus, et significativa non naturalem proventum et sui ipsius) sine tempore [Vox est exercitio, aliud est enim significare tempus, ut Mensis, Hora, dies, annus aliud connotare tempus, Vox est dignificare rem quæ solet fieri certo tempore, ut Cena Prandium aliud consignificare, Vox est. significare rem gestam esse in aliquo tempore Verbo seu Copula propositionis indicato. Nomina ergo et dignificant tempus ut mensis &c. et connotant ut Cena, sed sola Verba consignificant] cuius nulla pars est dignificativa separatim. [ubi excludit terminos complexos et forte etiam illa Nomina Provocatus, Provocabilis Reipub.] finita [ubi excludit ista nomina infinitantia quæ impropriè sunt nomina Obliqua | ubi excludit Casus obliquos quos quod non nomina sed casus nominum appellat | faciens cum verbo veram vel falsam Orationem]. si propriè sit de secundo adiacente, tunc sola substantiva seu habita propria

Nomen dignit tempus impropriè. ut Cena, mensis &c.

tempus dignificatum { primarium / secundarium

nec

num erunt nomina. Si de tertio adiacente, tunc etiam adiectiva tertia praedicata erunt nomina, sed non ad mentem Aristotelis.

Supponit Quarto. Verbum ita definiri ab Aristotele Inter Hermeneias. Cap. Verbum
Est id quod consignificat tempus, sine quamvis duratione ullius partis nihil significat seorsum. (ubi excludit composita) et est semper eorum quae de aliquo praedicantur nota. (Verbum ait semper nihil quasi prius ipsa. Item, tempus, copulam, et modum, sive est connotatio, nis, unde est simul et Praedicatum et Copula, et Verbum. Cui subsistentiam tunc tunc existentia si Adventitiam tum passio existentiam alicui alind praedicandum adfert.) Vox finita, (ubi excludunt Verba infinita) et recta. (si tempus praesentis nel quasi Praesentis.

Suppone V. Verum esse apud Aristotelem idem esse quod est. falsum autem esse significare esse quod non est. ut habetur Primo Perihermenias. Cap. 3.

Suppone VI. Affirmationem et negationem esse differentias communes omnibus enunciationibus. Veritatem Veri et falsitatem esse proprietates Physicas communes etiam tertiae operationi. Modalitatem circa quam Enunciatio versatur esse aut necessariam aut impossibilem, remotam aut contingentem. Formam vero esse Copulam.

CAPVT III.

Quotuplex est Enunciatio

Dico Primo. Enunciatio alia est affirmativa alia Negativa. Enunciatio Affirmativa et Negativa.
Affirmativa est in qua Praedicatum affirmatur de subiecto, ut Homo est Animal. Negativa in qua Praedicatum negatur de subiecto ut Homo non est animal. Quae negatio ut faciat Propositionem negativam debet poni illi quod fuit eadem affirmativam, ut in Propositionibus contrariis debet particula Non coniunctionibus

Et. proponi in Disiunctivis disiunctionibus Vel, aut, in Conditionatis conditionibus, Si &c. In modalibus modis Possibile impossibile, in exponibilibus particulis exponentibus, quatenus ut Lic. &c.

Formalis Enunciatio in qua aliter praedicatum aliter subiectum concipitur, reipsa tamen sunt unum ut Petrus G. Homo est Animans nel Homo est aal est rationale. Identica Enunciatio cum idem de eodem et modo eodem concipitur praedicatur nel negatur, ut Petrus est Petrus. &c.

Formalis. Identica. De recto ad rectum: De recto ad obliquum: Definita. Necessaria. Contingens. Definitiua Diuisiua.

Proposs

De secundo adiacente est in qua subiectum tantum cum Verbo solo ponitur, ut Homo est, nel Homo currit. De tertio adiacente in qua ponitur Verbum expresse cum praedicato et subiecto ut Homo est existens.

Necessaria seu aeternae Veritatis quae aliter se habere non potest. ut Homo est aal rationale. Deus est substantia.

Contingens Quae aliter se habere potest. ut homo est doctus.

Definitiua in qua definitio de definito praedicatur, ut Homo est animal rationale.

Diuisiua quae communem aliquam naturam diuidit in suas partes ut Animal aliud est rationale aliud irrationale.

Finitessalis. in qua est signum Vniuersale. Vg Omnis, nullus, nemo, impossibile, semper, nunquam,

Particularis in qua particulare ponitur ut aliquis, alteruter, neuter.

Indefinita in qua subiectum nec illo signo Vniuersali, nel particulari ponitur, ut Homo est aal.

Singularis in qua subiectum est singulare. ut Petrus est homo.

Simplex alia

Categoria alia

Categorica seu absoluta, cuius veritas et falsitas pendet ex sola identitate praedicati cum subiecto nel distinctione eorundem.

Simp

Simplex in qua est unam Predicatam et Unum subiectum.
Directa in qua predicat̃ superius de inferiori ut homo est animal.
Vel adiectivum de substantivo, ut homo est bonus, Vel connotativum
de absoluto, ut materia est unita.
Indirecta in qua predicat̃ inferius de superiori ut animal est homo
Vel substantivum de adiectivo ut bonus est homo. Vel absolutum
de connotativo, ut Unita est materia, Vel per accidens in qua neutrum per accid.
extremorum aptius est predicari nec subiici ut album est dulce, nec
dulce est album.
Coniuncta in qua sunt duae vel plures propositiones ut homo est animal
et Petrus est homo.
Copulativa in qua reperit̃ Ly. Et ut Petrus studet et Paulus studet.
Disiunctiva in qua est ly. Vel, aut,
Distributiva in qua est ly. Nec. nec. nego.
Hypothetica (at regonica oppositia, cuius veritas pendet non ex Seu conditionalis
tum ab identitate seu diversitate extremorum, sed etiam a condi- seu rationalis.
tione, ut Petrus si sedet alas volat.
Illativa est in qua antecedens est causa necessaria consequentis Illativa { alia causalis
si sedet, dies est. Et hoc Propositio etiam dicit̃ causalis, quia alia rationis
semper resolvit̃ in causalem. Dicit̃ etiam rationalis quia
semper resolvit̃ in rationem.
Et quidem Antecedens nequit possibile esse impossibile, tamquam sedeat
necessitatem cum consequenti, tum constituet tum consequi illativam
vg. si Petrus sedet alas volat.
Cruncetatiua quando Antecedens sequit non conditione ad effectum
ex illo timen antecedens non necessario sequit sed contingenter.
vg. si in disputatione Vicens dabo tibi pecuniam. Ad veritat-
em igr Earum Propositionum Hypotheticarum ponito antecedente
non est opus omnino sequi consequens, potest enim Antecedens

consequenti stare, et contradictorio eig. ut pronita Victoria in disputatione tabenta dari præmium vel non dari necesse non est

Enunciatio de ✱ inesse. est cuius Prædicatum cuius inesse subiecto significato alicui modo vg. Homo est animal.

Modalis in qua prædicatu inexistentia subiecto modificat ut Homo est bene calens vg. Dialectici egregie studentes. et Hæc duplex est alia Modalis latè minimum qua habet modum latè sumptum quod significat, omne id quod aliud limitat restringit, determinat, diminuit ut omnia adiectiva, casus obliqui adverbia coniunctiones, exceptiones, reduplicationes, exclusiones, comparationes et alia huiusmodi.

Modalis latè.

Modalis, alia late alia stricte

Altera modalis stricte seu qua constat modo stricte sumpto, quod vtt significat dictiones modificantes unionem prædicate cum subiecto. in materia necessaria remota et contingenti, ut ly necessariè contingenter impossibiliter, possibiliter, sumendo hæc omnia adverbialiter, et tunc modus erit pars prædicati. Vg. Deus necessario est Verus. Homo necessario est animal. Quod si adiectivè sumat modus. vg. necesse possibile impossibile Contingens, tunc tales modi immutant totam propositionem eandem tamen semper faciendo tunc propositi. tunc antepositi tunc interpositi copulis particularibus. vg. sic sedentem possibile est stare. vel Non possibile sedentem stare, vel stantem sedere est possibile. Et tunc modus, prædicati vicem obit. Integra vero propositio ponit pro subiecto et dicit dictum. Hinc modalis propositio stricta alii dicit modalis de modo seu cum modo. alii dicit de dicto seu solum dictum modalis propositio. De quibus multas Fabulas Logicorum omittimus.

Speculativa

Speculativa in qua res considerantur esse vel non esse. ut Homo est animal vel Homo non est animal. vel talis esse aut talis non esse, propterea esse, aut non propterea esse. &c.

Practica est quæ præscribit modum faciendi operib. Vg. domus est sic, aut non sic ædificanda. Philosophia ita aut non ita operanda.

Vera in qua dicitur id esse quod est in rei Veritate, ut Homo est animal aut non esse quod non est Verè ut Homo non est bruta.

Falsa. in qua dicit esse quod non est. Aut Homo est irrationalis. vel non esse quod est, ut Homo non est rationalis.

Exponibilis. seu indigens explicatione seu expoñe ad hoc ut appareat illi Veritas est omnis propoñ obscura, propter aliquas particulas quæ per æquivalentes particulas explicari debent. Et hæc propoñ. alia est reduplicativa. in qua est. ly, ut, prout, utpote, quâ, quatenus, in quantum, secundum quod, Vg. Homo qua Homo est animal. ut sic, in quantum, quatenus ꝛc. Alia Specificativa quæ caret hâce particulis. Exponit reduplicativa per causalem. Vg. sic Quia Homo est Homo ideo est rationalis. Alia est exceptiva. seu detractivus a toto aliquid in qua est ly. præter, nisi, ultra ꝛc. Vg. Omnes Philosophi præter paucos sunt negligentes. vel nisi pauci, ultra paucos. ꝛc. Exponit per copulativas &. Alia est exclusiva in qua est ly. tantum, solum, duntaxat, ꝛc. quæ à subiectum affigiunt dicit propoñ exclusiva de subiecto. Vg. tantum pueriones sunt petalci, si prædicato, de Prædicato. Solet ám exponi per Copulativas et alias quas postulat Sequb, Alia Comparativa ut Paris sunt æquales vel magnis. Alia Superlativa ut Petrus omnium doctissimus. Alia de Verbo exponibili, seu constante Verbo exponibili ut Petrus Syllogizat, Catonizat ꝛc. Alia Quantitativa seu

Exponibilis alia reduplicativa. alia specificativa. alia exceptiva. alia exclusiva

Summa

exponens quantitatem alicuius rei. ut tantus comedi quatus talis
Alia relativa seu constans terminis relativis, ut qui bene comedit
bene dormit. Temporalis quae exprimit tempus. Localis, quae
locum. Denig Falsificans, quae se ipsam destruit, ut si dicendo dicas te nihil dicere.

CAPVT. IV.

Quae sunt Proprietates Enunciationis?

Dico quod Proprietates Enunciationis sas a Dialecticis numerari.
Quantitatem ri. Oppositionem, aequipollentiam Conuersionem.
Quantitas est. Primo Categoricarum simplicium et Vniuersalium. Et
Vniuersalitas significata by Omnis, et by nullus, et Particularitas
significari potest by aliquis uel aliquis non, quae distribuunt aut non
distribuunt pro omni singulari. Quantitas uero Modalium Valet
significatur by necesse et by impossibile. Particularitas ám by Possibile
et by Contingens uel contingenter, et by Possibile non uel Contingens
non, Quae signa quia pro omni uel aliquo tempore distribuunt, dicunt facere quantitatem temporis, Vnde by necesse aequivalet by semp
et by impossibile idem Valet quod by Nunquam. et by Possibile non idem Valet quod aliquando non. et by Contingens, uel
by possibile idem valet quod aliquando. Licet Vero subiecta
in propositionibus modalibus fuerint particulare, modo ut Vniuersalis tractus aut particularis etiam propositio modalis erit aut Vniuersalis
aut Particularis. In Coniunctis Hypothetica et exponibilibus
nulla est peculiaris quantitas

Oppositio Categoricarum. est repugnantia duarum propositionum
contrariarum eadem subiecto et Praedicato in Qualitate. Sor et ne-
gatione et affirmatione et in quantitate Sor est in Universalitate
vel particularitate. Est autem Quatruplex. omnis oppositio, Con-
traria est oppositio inter duas Universales. Contrariam enegativa.
p.t Omnis homo est animal. Nullus homo est animal. Subcontra-
ria inter duas propositiones particulares affirmativam et Negati-
vam. Vt Aliquis homo currit, aliquis homo non currit. Contra-
dictoria. inter duas propositiones Universalem et Particularem affirma-
tivam et negativam Vt omnis homo est animal rationale, Aliquis ho
non est animal rationale. Denig Subalterna iuxta quosdam so
falso, est enim particularis sub sua Universali. Quis autem dicat
includens et inclusum opponi. Exempla et schemata Oppositi
Modales opponte dicuntur, qua
habent modos oppositos. Unde con-
traria sunt quae habent modos
Universales oppositos ut necesse
et impossibile p.t. Necesse est.
Hominem esse animal. Impossi-
bile est Hominem esse animal.
Subcontraria, quae continent modi
particulares diversos et Possibi-

le et Impossibile non, Vel Contingens, et Contingens non, Vg. Impossi-
bile est Hominem esse animal. Vel Contingens. Impossibile
non est. Vel Contingens non est. Hominem esse animal. Contra-
dictoria quarum Una Continet modo Universali altera Parti-

aliam oppositio vi necesse et possibile non vt vg. Necesse est hominem esse al, et necesse non est hominem esse animal.
Oppositio Hypothetica. exponibilium et contingentium quamquam et modalium nullius unus est ideo negligenda.
Aequipollentia Categoricarum Simplicium est vnius propositionis per alteram, detracta vel apposita certo loco negatione explicativa aequivalentia, est ám triplex. in contrarijs postponendo Negationem signo Vg. Itinus Propositionis Vtalis Omnis homo est animal. fiet aequipollens contralia. sic Nullus homo non est animal. In contradictorijs Praeponendo. Vg. Omnis homo est animal. fiet aequipollens Non aliquis homo est animal. In subalternis praeponendo et postponendo iuxta illum Versiculum.

Pra: contradic. post contra: pra: post subaltern:

In subcontrarijs nulla est aequipollentia.

Exponibilium modalium, Hypothéticarum. aequipollentias indagare superfluum est. Illud breuiter de modalibus addo. Ex Vniversali fiebit particularem addita negatione ad modum Vsualem Vg. si ad modum necesse vniversalem addat negatio Non. erit particularis, significabit enim idem non necesse quod particularis modus contingens vel possibile. è contra ex particulari fiet Vtalis si vg. ad modum particularem possibile vel contingens addas particularem non quia Non possibile vel non contingens idem valebit quod modus Vniversalis impossibile et necesse.

Conuersio Categoricarum Simplicium Vsualium Est Vnius Propositionis (quae dicit (Conuersa) in alteram (quae conuertens dicit) Conuersatio. Est ám triplex. Prima quando ex subiecto fit

Pra;

Prædicatum & contra. & Vocat simplex. Vt Vg. Nullus homo
est brutum. Ergo Conuersa. Conuertendo Vero Est Ergo Nullum
brutum est homo. Vbi Conuersio est simplex. Secunda Vocatur
Peraccidens, quando manente eadem quantitate & qualitate pro-
positionum quando præter transpositionem subiecti & prædicati mutat
quantitas propositionum hoc é. ex Vniuersali fit Particularis. Vg.
Omnis homo est animal. Ergo aliquod Animal est Homo. Tertia
per Contrapositionem. quando ita transponunt extrema Propositionis ut
ea termino finito fiat infinitus. Vg. Omnis homo est rationalis
Ergo omne non rationale est non homo. Quod totum Sic Verbis Comprehenditur.

Feci. simpliciter. conuertitur. Eua per Accidens.

Aio O per Contra. hic fit conuersio tota.

In quibus Versiculis notandæ sunt istæ Vocales. A. E. I. O. quæ
Vocalium significationem docebunt te sine Versiculi.

Asserit a. negat e. sunt uniuersaliter ambæ.

Asserit i. negat o. sunt particulariter ambæ.

Hoc est. A. significat Propositionem Vniuersalem affirmatiuam. E. significat
propositionem Vniuersalem negatiuam. I. Propositionem particularem affirmati-
uam. O. Propositionem Particularem negatiuam. Hinc patet quid est ergo
primum Versiculorum est enim sic. Feci: seu E et I. Hoc est
propositio Vniuersalis negatiua et particularis affirmatiua. simpliciter. Hoc est conuer-
titur. E. et A. Hoc est negatiua et affirmatiua Vniuersalis per
accidens. A. O. seu Vniuersalis affirmatiua et particularis negatiua
per Contrapositionem.

Capvt. V. Quis usus harum Conuersionum.

Dico primo. Propō affirm. de tertio adiacente in materia contingenti importat interpretative, sequitive, supponitive, equivalenter, Propōnem de secundo adiacente, ut. Vg. Petrus est albus, hec Propō equivalet tres suis Copulatiue. Petrus est existit et est albus, Ratio est. ga predicatum accidentale, requirit existentiam subiecti, ut iste dicitur.

Dico 2do ad 1or ut Propō affirmativa sit Vera. debet esse subiectum cum aliquomodo cum Predicato et é contra, ad 2or ut negativa Propō sit Vera debet esse subiectum a Predicato aliquomodo diversum - Ratio é - Quia in propone affirmativa, enunciatur 1or esse illud, et in negativa 1or non esse illud. ergo debent esse unum vel diversa. Similiter. Observa idem potest esse cum alio vel accidentaliter vel essentialiter. Accidentaliter idem est cum altero quod accidit alteri ut esse dormiens homini, Essentialiter idem est cum altero quorum unum sine alio nec esse nec cognosci potest. Similiter diversum. unum ab alio esse vel essentialiter vel accidentaliter. Essentialiter diversum ab altero quod alteri repugnat essentialiter, ut humanitas homini, Accidentaliter quod alteri repugnat accidentaliter.

Dico 3io. Inter Terminos. Concretos qui secum idem sunt aliquomodo, vera est affirmatio et argumentatio ab uno ad alterum. Vg. homo est albus, ergo aliquod albus est homo

Dico 4to. Propō causalis tunc est Vera quando in antecedente est vera causa Consequentis non vero quando solum bona illatio. Vg. quia fumus est, ignis est. Haec propō illativa est Vera, causaliter falsa.

Dico 5to Disiunctiva Propō est Vera cum saltem altera pars illius est Vera.

Dico 6to ad Veritatem vel falsitatem Conditionalis non requiritur veritas vel falsitas singularum partium propōnis Sed tantum illationis vel connexionis antecedentis cum consequente Vide Arriaga.

Finis

Conditionalis nō ꝟl ponit in esse.

Axioma

Dico 7mo. Propō modalis de necessario est Vera, cuius dictū potest reduci ad Propōnem de inesse in materia necessaria. Falsa autem est cuius dictum resolvit in Propōnem de inē. in materia impossibili uel contingenti. Item Propō modalis de impossibili, est Vera cuius dictum resolvit in Propōnem de inē impossibilem. Modalis de inē uel contingenti est Vera, cuius propō de inesse in quam resolvit dictum est necessaria vel contingens. ¿

de inē, & absoluta.

Dico 8uo quod in Propōnib⁹ absolutis et capla, sec in modalib⁹ est modus Vide bene in absolutis non est propō negativa. nisi ante copulam ponatur particula non. quamuis ponet ante ipsum predicatum. ut, omnis homo est non lapis. est Propō affirmativa. Sic in Modalibus non est negativa quamuis ante copulam ponat particula Non. nisi ante ipsum modum ponatur. Vide bene propō Homo necessario non est albus, est Propō modalis affirmativa negativa uero sec. Homo non necessario est albus. Sic dicit Aristo. Primo Priorū c. 4.

Dico 9. Contradictorie Propōnes nec simul Vere nec simul false esse possunt, quia idem esse et non esse simul impossibile est.

Dico 10 Contrarie non possunt esse simul Vere, possunt tamen esse simul false, ut omnis homo est albus, Nullus homo est albus.

Dico 11mo. Subcontrarie possunt esse simul Vere non simul false. simul uere sunt sc. aliquis homo est albus, aliquis homo non est albus.

Dico 12. Subalterne in materia necessaria ambe sunt Vere, In impossibili ambe false. In Contingenti si Vniversalis est Vera et particularis est Vera, non tamen contra.

TRACTATVS III

DE TERTIA OPERATIONE Intellus:

CAPVT I Quid est tertia Operatio

Dico Primo Tertia Operatio intellus significata by Ergo Vocat Discursus ex eo quod sit motus quidam intellus a noto ad ignotum Dicit Consequentia, sequella illatio, iudicium illativum deductio unius ex alio. Cognitio inferens unum ex alio, Argumentatio ratiocinatio, syllogizatio, arcensus, decensus, Modus arguendi.

Dico 2do. Tertia Operatio intellus est Iudicium illativum unius ex altero notum designans by Ergo, seu est discursus ab uno cognito ad aliud cognoscendum. Dicitur discursus Metaphora sumpta a progressu locali, qui est Dispositum unius post alterum. Quod ut intelligas. Suppone triplex obiecta cognoscibilia. 1mo. quaedam cognoscuntur in alio et beati in Deo creaturas. 2do quaedam cognoscuntur post aliud, ut Vbi cognitio est ratio cognoscendi creaturas. 3tio quaedam cognoscuntur ex alio, ut Vbi unum cognitum dependenter ab alio cognito, cognitione diversa. Primus modus cognoscendi non est discursivus quia licet cognitum unum dependere ab alio non tamen cognoscit dependenter. Secundus modus dicitur Discursus successionis qualis est inter

(cognitio triplex. in alio. post aliud. ex alio.)

pr:

pedes ambulantium Tertius. est discursus connexionis seu consecutionis seu illationis, quia posita una cognitione, circa ali-quod obiectum necesse est poni alteram circa aliud obiectum ri-orionis cognitionis.

CAPVT II.

Quotuplex est tertia Operatio intellectus.

Dico Primo. Tertia Operatio intellectus recte dividit in consequ-tiam materialem seu absolute dictam, et in consequentiam forma-lem seu argumentationem. Ratio est, quia consequentia dicta est a verbo consequor. et significat vim illam, qua una vere se-quitur ex alia. Quod ut intelligas

Suppono. Tertiam esse Operationem tribus quasi partibus constare, Antecedente, Consequente, et Connexione horum duo-rum significata per Ergo. quae ultimus est Consequentis. Definit-am a Combricensibus primo Phis. Cap. Art. 3. sic. Consequentia est Oratio in qua aliquid ex aliquo colligit. Quia vero quando aliud colligit ex alio alio, beneficio argumenti, seu ratiocinationis, ideo consequentia formalis a Argumento, seu ratione, quae est quasi forma et anima quaedam debitae proposi-tionis, dicit argumentatio, ratiocinatio &c. Quando autem colligit unum ex alio nullius argumenti beneficio, et tunc dicit Consequentia materialis, caret enim forma et anima et anima illationis, seu est ratione. V.G. Petrus est

Consequentia q.

formalis Consequentia

Materialis Consequ.

dal Ego Petrus sentit Et Eor passim videre est in Propo
nentibz Equipollentibz Identicis Convertibilibz &c.

Dico 2do Argumentatio seu consequentia formalis, recte dividit
in modos naturales argumentandi et artificiosos.
Naturales sunt. Entimema. Sorites. Dilemma. Epicherema
Inductio et Exemplum.
Artificiosus Unicus est modus argumentandi, in Syllogismo
qui iuxta omnes dividit in Demonstrationem et Probabilem
seu Opinativum vel Dialecticum de quibus paulo post.

CAPVT III:

Quis usus Tertiæ Operationis

Dico 1mo A Propone infinitante ad negativam in
materia necessaria et remota, bona est consequentia materialis
quia tales propones ambæ sunt sibi equivalentes, ut etiam
supra insinuatum est. Vg. Homo est non animal. Ergo Homo
non est animal, et è converso. In Materia tamen contin-
gente non valet qz tales propones non æquipollent nisi qz
esset in subiecto existentia requisita. Vg. Antichristus
non est Crudelis, Ergo Antichristus est non Crudelis.

Dico 2do In Propositionibz Modalibz, ab affirmativa ad negativam non semper valet
consequentia. Vg. Se Falsum est Petrum sopitum è Romæ Petrum. Ergo verum
est Petrum sopitum non esse Romæ Petrum.

Dico 3io Verum licet inferre ex Vero, ut Petrus est Eor.

ergo

Ergo est rationalis. Nonnung etiam ex falso, ut Petrus est equus ergo est animal.

Dico 4to Falsum licet infere tantu ex falso ut equus est homo ergo est rationalis.

Dico 5to ex necessario licet infere necessarium et ex possibili et ex contingenti. Vg. Petrus est necessario animal. Ergo necessario est vivens.

Dico 6ta Impossibile licet infere tantum ex impossibili. Vg. Homo est lapis. Ergo est falsum expen.

Dico 7mo. Contingens ex impossibili et contingenti licet infere — vg. homo est asin Ergo cantat, est albus ergo albedo est.

Dico 8uo. Ex quocung sequit antecedens sequit et consequens. vg. Omne rationale est risibile. Omnis deus est risibilis. Ergo Deus est risibilis.

Dico 9. Quicquid sequitur ex consequenti sequit ex antecedenti.

Dico 10. a subiecto non supponente existentiam nec veritatis non licet argumentari ut. Spiritus Sanctus a Solo Petro prudenti gubernat Ecclesiam, Ergo est primus ex. Antichristus est crudelis Ergo Antichristus est.

Dico 11. Licet argumentari a singularibus ad vocales, et ab vocalibus ad singularia, et prior argumentatio dicit Ascensus et virtutes. posterior am descensus et resolutio. Quia vero 4tuplex est suppositio terminis communis. Quadruplex etiam erit ascensus et descensus Vtc. Copulativus disiunctivus distributivus et confusus.

Dico 12. A sensu diviso ad compositum, et contra non licet

argumentari. Ratio est. quia sensus prior equivalet reduplicativa Vg. Petrus prout sedet ambulat. Ergo. movetur, posterior sensus equivalet specificativa Propositi Vg. Petrus qua sedet ambulat Ergo movetur. Vbi breuiter.

Observa aliud esse habere potentiam simultatis, aliud habere simultatem potentiæ. Habere potentiam simultatis est habere potentiam eliciendi duos actus. Vg. ambulandi et sedendi, habere vo simultatem potentiæ est habere potentiam ad actus oppositos simul Vg. Cum Petrus sedet dicit habere simultatem potentiæ ad ambulandum seu posse ambulare. quia habet simul potentiam ad ambulandum et sedendum non tamen dicit habere potentiam simultatis, ad ambulandum et sedendum seu non posse simul ambulare et sedere. Hala ip̄ est argumentatio a simultate potentiæ ad potentiam simultatis

Dico 13. a Termino supponente simpliciter, neg descendere neg ascendere licet in Argumentando. Vg. Homo est species. Ergo et Petrus est species et Paulus est species. falsa est argumentatio. Ratio est. qz termini tales Omnium Pluto suppositum consequuntur immobiles Ergo est nec absolute nec pro alio supponibiles

Dico 14. A distributivo ad Collectivum sumendo distributivum pro omnem Copulativo et Collectivum pro termino supponente copulativi non valet consequentia inita omnes, nisi ascensus copulativus habeat se ut causa et tota collectio ut effectus.

Dico 15 A non distributo ad distributum non valet consequentia.

Dico 16. Ab vno contrario et disparato affirmato valet consequentia ad negationem alterius. Vg. Petrus est Homo Ergo non est

fol

asinus.

Dico 17 ~~ex~~ necessario Quod stat cum Antecedente stabit et cum consequente, et quod Consequenti repugnat. etiam Antecedenti repugnabit. Dico 18. Argumentum ab argumentatione differt eo quod Argumentum sit ratio Argumentatio ut dispositi rationis. Quae quidem tradita est in Contexendo Logica et alibi ut in Syllogismo. Ideo Syllogismus in ea argumentationis differt essentialiter ab aliis speciebus argumentationis enumeratis Sed nam de singulis in particulari.

CAPVT IV. De Syllogismo

§. Primus Quid est Syllogismus.

Dico imo Syllogismum esse ab Aristotele quem duobus libris Priorib. Analyticorum excolvit Vocat Syllogismus, latine ratiocinatio, Collectio ex alio, denique triangulatio, eo quod eum intellectus instar trianguli formet componatur ex medio et duobus extremis.

Dico 2do. Syllogismus est Oratio in qua quibusdam positis (hoc est in forma disjunctiva vel connexiva) aliud quid à positis (hoc est Conclusio) necessario est Contingere eo quod Ea sint. (hoc est necessitate Consequentiae non consequentis quod ut intelligas.

Suppono Necessitatem Consequentiae esse Habitudinem, seu relationem Causalem consequentis ad antecedens. Necessitatem vo consequentis esse connexionem necessariam terminorum inter se quibus constat Propositio dicta consequens, seu Conclusio Vg Ea. Ergo Deus est viribus.

Dico 3io Materia Syllogismi circa quam versatur Syllogismus est Omnibus res, Materia in qua recipit, aut intellectus, qui

etiam simul est causa efficiens ipsius. Causa Finalis Syllogismi est Veritatis assertiue.

Dico 4to. Materia ex qua Syllogismus componitur dicit est remota alia proxima. Remota sunt Termini. Maior, minor, et medium. Maior term. dicit Praedicatum Conclusionis iuxta Aristotelem Cap. 5 Minor extremitas est subiectum Conclusionis. Medium seu Argumentum est Terminus quo mediante connectuntur extrema Conclusionis. Proxima Materia. Sea ex qua Syllogismus proxime sunt duae propositiones, dicta praemissa eo quod praemittantur ante Conclusionem. Et earum praemissarum altera dicitur maior. quia maiorem continet extremitatem. altera minor. quia minorem.

Dico 5to Syllogismum constare forma, figura, et modo. Forma. est figura et modus Syllogismi. Figura nem est Collocatio medij termini cum subiecto et Praedicato conclusionis, quae Collocatio tripartiam tantum fit. Primo partem praedicat medij termini partim subijcit et sic prima figura nascit. Secundo. medium praedicat ubique et subijcit ita figura. Tertio. Medium ubique subijcit et sic est Tertia figura. Quartam a Galeno inuentam non ede diuersam ab illa a prima Aristotelica. Tertio breuitatis compendi. quia sub figura Galenica sola praemissarum transpositione differt ab Aristotelica. ut patebit ex tabula. Modus est Collocatio praemissarum secundum quantitatem et qualitatem uide. secundum Vsalitatem et Particulantatem, affirmationem et negationem

Modi figu: a ly directa. a ly indirecta.

Modorum aly sunt directi aly indirecti. Directi in quibus id subijcit et praedicat in Conclusione quod secundum exigentiam

Cons

consequentiæ ex ipsa intellus inclinatione subjiciendum et prædicandum vel et. Indirecti 6 Conclusiones in quibus non idem subjicitur et prædicatur ad quod inclinat intellectus. Modos omnes trium figurarum Versu illo expimunt Philosophi

Barbara Celarent Darij Ferio Baralipton. } Primæ fig.
Celantes Dabitis Fapesmo Frisesomorum }
2 fig. Cesare Camestres Festino Baroco Darapti.
3ti Felapton Disamis Datisi Bocardo Ferison.

In hi Vocabulis hæc Observa. Primo notam prima Vocabula spectare ad Primam Figuram, Secunda quatuor ad secundam, reliqua sex ad Tertiam.

Observa 2do quod singula Vocabula tribus tantum syllabis et singulæ syllabæ singulis vocalibus constant. Nam in Baralipton et Frisesomorum quarta syllaba nihil tantum significant.

Obs. 3io Quid significat unaquæque Vocalis in hæc Versiculos supradictos. Asserit A negat E. &c.

Secundus. Quotuplex est Syllogismus.

Dico Primo. Syllogismus alius est perfectus alius imperfectus, Perfecti sunt quatuor modi Primæ figuræ, alij vero sex imperfecti. Dico quod in omnibus his non adeo probate ut ex primis quatuor clarent Ventas et connexio consequentiæ præmissæ.

Dico 2do Syllogismum dividi secundum Materiam remotam, sic est secundum terminos ex quibus constat et a quibus dicit Vocalis,

Reduitz ergo Baralip. ad barbara. Celantes ad Celarent. Dabitis ad Darij. Fapesmo ad Feio. Frisesom ad Feio. Cesare ad Celarent. Camestres ad Celarent. Festino ad Feio. Baroco ad impossibile. Darapti ad Darij. Felapton ad Feio. Disamis ad Darij. Bocardo ad impossibile. Ferison ad Feio. Ubi Observa primo. Iteram ea, in q̃ vocabuli quinam indicare ad quos ex illis quatuor debeat reduci. Vg. quia a. B. ad Barbara quia C. ad Celarent ce. Transpositis et Conversis propositionibus ita Vbi Vg M. in aliqua syllaba reperitur, illa propo transponenda est hoc est ex Minore maior et ex maiore minor facienda. Vbi P. illa Propo q̃ convertenda est per accidens, Vbi S. simpliciter convertenda est. Particula C. in medio vocabuli indicat illam modum reducendo ad impossibile inita illos versus.

S mult. simpliciter uerti. P uerò per accì:
M. mult transponi. C. per impossibile duci.

Modus inueniendi medium.

Duo Fertur. Tertia propositio est modus inueniendi medium seu argumentum qui ab aliq̃ nomine Pons. ea ea quod nectat duo extrema quasi duas ripas inter se dicit Boe. diuersum ea ea quod inueniendi medij seu argumenti et ratiocinis ingenium discernat a medio. in re ipsa ea est Ratio qua inuenit Argumentum ad probandam datam propositionem. Hunc modum Varij inire patuit Omnes tamen obscurum et difficilem propter tot sacramenta fictarum vocum Fecara Casoth. faciliora et utiliora ni fallor tradidit ad inueniendum medium syllogismum Ego erunt. Primo ad omnem conclusionem inferendam quaerendum est medium convertibile cum altero extremo ut est Vg. Definitio subiecti vel praedicati proprietas Quarti modi. Secundo ad inferendam conclusionem affirmatiuam quaerit medium quod conueniat cum subiecto et Praedicato. cum subiecto Vniuersali cum Praedicato saltem particulariter. Tertio ad inferendam

con

conclusionem negatiuam immediatam medium reperiendo primi extremi et connexionis cum altero. Quarto Forbes Argumento, non realiter loquendo subiecti aut Praedicati conclusionis Definitio, Genus, Causa, effectus, Species, Simile Dissimile, Contrarium, adiunctum, coniugatum &c: Licebit ipsa quaerere Argumenta huc in locis subiecti siue in locis Praedicati.

§. Quartus. Quis Vous Syllogismi.

Dico Primo. Omnis Syllogismus affirmatiuus debet esse conformis regulae seu Principio sic appellato. Dici de omni. et dicit hoc est quod praedicatum aliquod de subiecto aliquo uniuersaliter sumpto. Praedicat etiam de omnibus inferioribus subiecti praedicari debet. Vg. in hac Propone. Omne Animal est Viuens quia praedicat Viuens de animali realiter sumpto Praedicatur etiam de singulis inferioribus animalis. Vnde verum est dicere, Omnis equus est Viuens. Leo, asinus &c.

Dico secundo. Omnis Syllogismus negatiuus debet esse conformis regulae seu Principio sic appellato. Dici de nullo. hoc est quando Praedicatum negatur de subiecto Vniuersaliter sumpto. negari debet etiam de omnibus inferioribus subiecti Vg. in hac Propone. Nullum animal est planta. Quia planta negat de omni animali, negari etiam debet de singulis inferioribus subiecti. Vnde verum est dicere. Equus, Leo, asinus, et hic de caeteris non est planta.

His regulis duabus nituntur omnes Syllogismi præcipue necessa quæ non primi Primæ figuræ quibus ad negetur consequentia debent probari per has duas regulas. et cum his regulis syllogismus coincidit etiam illa Theologica ac Philosophia. Quæ sunt eadem uni tertio sunt eadem inter se. et quæ distinguuntur ab uno tertio distinguuntur inter se.

Dico tertio. ex duabus Præmissis singularibus etiam de medio Vniuersalium sicut et ex præmissis particularibus nec definitis in materia contingenti nihil infertur potest in illa figura. Ratio est quia cum in tali syllogismo proponitur a non distributo ad distributum nihil infert potest Vg. Hic homo est animal. Petrus est animal. Ergo Petrus est hic homo. Hæc conclusio materialiter tantum sequitur ex præmissis, non autem formaliter - suus iudicium est. Quia eadem forma in alia materia falso concludit Vg. Petrus est animal, Hic Leo est animal Ergo Petrus est hic Leo.

Dico 4to. Ex una quæ præmissa negativa in nulla figura quicquam sequitur. Ratio est. quia in tali syllogismo extrema conclusionis non iungunt vllo modo cum medio

Dico 5to. Ex indefinitis et negativis duabus præmissis recte infertur conclusio. Ratio est. qz indefinita est affirmativa non negativa.

Dico 6to Syllogismus de medio negativo recte concludit. Ratio est. Quia ex negatione pt inferri quodvis quandoq negatum. Vg. Id quod non est rationale est non est risibile. Angelus est id quod non est rationale - Ergo Angelus non est risibilis.

Dico. 7mo. Medius Term non debet ingredi conclusionem. Ratio est quia alias Conclusio non differret a premissis et ga idem gauret per idem.

Dico 8. Medius Term. in altera saltem premissarum debet esse distributus. Ratio est Quia alias extrema Conclusionis non essent eadem Vni tertio sed duobus.

Dico 9 Conclusio in Omni Figura sequit debiliorem partem. Debilior aut est negativa quam affirmativa et particularis quam Vniversalis Quoties ergo altera premissarum est particularis vel negativa totiens etiam Conclusio debet esse particularis vel negativa.

Hactenus Praecepta Communia figuris omnibus. Nunc particularia.

Dico 10. In modis Primae figurae directis ex particulari maiore nihil sequit sicut et ex minori negativa. quod Vnum ille Versiculus exprimit. Sit minor affirmans, nec maior sit specialis. Regula Fig:

Dico 11. In secunda figura ex maiori Particulari sicut et ex utraq affirmativa nihil sequit juxta illum Versiculum.

Vna negans praeat nec maior sit specialis.

Dico 12. In 3ia figura ex minori negativa Conclusio non potest ex Conclusio debet esse particularis, quia alias a non distributa ad distributam procederet Argumentum. exprimit hoc Versiculo illo.

Sit minor affirmans Conclusio sit specialis.

Dico 13. Syllogismi Suppositici Conditionales, Modales, exponibiles, Obliqui, et alij cum Virtute Categoricorum concludunt. debent reduci

ad Sol. Dico 14. licet Argumentari ex casu impossibili per locum intrinsecum et extrinsecum. Vno est supponto casu alicuius impossibili eog admisso. (dummodo non destruat formalem suppositionem, nec involvat repugnantiam formalem terminorum) Syllogismus est validus. Vg. Supposito per impossibile quod Deus non esset ens, adhuc esset rationalis, et si Petrus non esset risibilis adhuc esset risibilis. Si am dicas supposito quod homo (qua talis) rideat adhuc esset asinus, vel supposito quod Deus non esset homo, adhuc esset animal. inepte supponis. quia ex tali suppositione sequitur quidlibet absurdum non vero ex priori suppositione. Ratio est. Quia cum omnis Propositio Hypothetica Vt Consequentia. et ex Hypothetica impossibili sequitur aliquid non tamen quidlibet Sed illud quod habet connexionem cum antecedente, Necessarium etiam est ut ex casu impossibili liceat inferre aliud. Vg. si Deus esset angelus est spiritus.

CAPVT II.

De Syllogismo Demonstrativo.

§. 1. Quid est Syllog. Demonstrativus

Dico pmo Demonstratio est Syllogismus Verus certus et evidens. Per Verum excluditur Sophisticus, per certum Probabilis, per Evidentem Theologicus Obscurus. Sea quod idem est. Demonstratio est Syllogismus genericus dictorum.

Dico 2do. Juxta Aristo. pmo posteriorum Cap 2. Demonstratio est Syllogismus ex Veris, Primis seu immediatis, seu Indemonstrabilibus, et notioribus ac prioribus, necessarijs, proinde per se Vniversalibus, Secundum quid causam dentibus Propijs, et causalibus conclusionis. Hoc Definitio patebit ex infra dicendis.

§. 2. Quotuplex est Syllog. Demonstrativus.

Dico pmo Demonstratio alia est Quia. ex quod res demonstret esse.

alia

alia Propter Quid? ēo quod demonstrit (uv res sit? Ratio est. Quia de omni re licet duo tantum quari possunt. Primo an sit? Eoꝝ est vel simplr et sine additō vel an sit tale? Vel an sit sic? Ido quasi pt Cur sit? Prior questio solvit̄ per Demonstrationem Quia seu Quod. Posteriori am Propter quid?.

Dico secundo. Demonstratio Quia seu Quod alia est per effectum et dicit Demonstrām a Posteriori seu signo alia per aliud cum medio aliud efficax. dummodo non sit causa Conuertibilis cum Predicato conclusionis.

Dico 3io. Demonstrām Propter quid? alia est perfectissima seu potissima alia minus perfecta. q tamen pro medio habet causam seu quasi causam ideo dicit Demonstrām Propter quid et a Priori. nam causa est prior suo effectu.

§. Tertius. Quæ sunt Proprietates Sylloz. Demonstrativi?

Dico imo Vnica tantum est Proprietas Syllogismi Demonstrativi vtē Scientia seu infallibilis attingentia Veritatis, et hoc nihil aliud est quam cognitio vera, certa, et evidens, ac discursiva. Ad intelligendam hanc conclusionem.

Supponē Certitudinem Omnium consensu duplicem esse, alteram intrinsecam seu obiecti et rei ipsius, hoc est adhæsionem cognitionis firmam ad obiectum Verum ut revera est. Alteram extrinsecam seu subiecti seu intelligentiæ qua procumptus assentiatur aliquo etiā falsum putat esse certum. Russus Certitudo intrinseca alia est moralis qua homines prudentes inter se de multis rebus existimant ut Romam esse, Alexandrū magnū fuisse. Alia experimentalis quæ ex sensibus oritur habet. Alia Physica qua certo sumus ordinariē de rebus fieri solitis ex suis ordinariis causis ordinaria Potentia Dei licet absolutē loquendo possint

certitudo extrinseca: cui aliquando non ppr accenta: sed per accidens pponitur.

Certitudo ~~extrinseca~~ intrinseca

alia

impedit sit certum est Deus Omnium solem, Deum esse absoluta potentia Dei possit non esse, Alia denique certitudo Metaphysica. quæ dicit irrefragabilem infallibilitatem qua certi sumus de Propositionibus æternæ Veritatis ut Deum est animal, Angelus est spes &

Suppone secundo. Evidentiam esse contra distinctam à certitudine, Potest en ei syllogismo certus non tamen evidens sed obscurus ut sunt Theologici Omnes ferè. Evidentia ergo nihil est aliud quam perspicuitas seu limpida et clara perceptio rei. Et Licet evidentiam requirit Scientia simul et certitudinem aliquam saltem, Eor est sive moralem sive Physicam, sive experimentalem non enim semper requirit Metaphysicam

§ 4. Quis Usus Demonstrationis?

Dico Primo in Qi demonstratione antequam conclusio infertur præcognoscendum est de præmissis quod sint Vera non quidem reflexè et signanter sed exercitè. Item præcognoscendum est de subjecto conclusionis et Prædicato Quidnominis, seu significativo extremorum propositionis. Ratio est. qa Demonstratio dt esse illativa ignoti ex noto. Eor est præcogniti seu prius cogniti ante conclusionis notitiam.

Dico Solo In Omni demonstratione Præcognoscendum est de subjecto conclusionis præter quid Nominis etiam quod sit Eor est possibile saltem. quia ut Aristoteles ait, Quærere quid est. non 2. Post. Tex 8.
Habenti quod est nihil est quærere. Et Licet intelligi Deum Actione connaturali. Omnis doctrina et disciplina fit ex præexistenti cognitione. et Deum sunt præcognita. Eor est. Præmissæ

fol.

subiectum et Predicatum conclusionis. et illud. Tres esse præcognitiones. Ergo est Quid nominis de subiecto et Predicato, et quod sit possibile. et quod vere sit promissa.

Dicio 3io. Premisse Demonstrationis debent esse Vere. Explicio. Veritas est duplex. Transcendentalis seu Entitativa, et Intellectualis. Transcendentalis est. Ratio entis. quod enim est Ens, est Ratio Verum seu Vere Ens. Intellectualis est. Conformitas intellectionis cum re intellecta. Et Ergo vnusquisq; explicé. altera incomplexa seu Pura. cum sit recipere in anima species seu similitudo rei talis qualis est ipsa res, et Ergo Veritas etiam primæ optioni competit. Altera Complexa seu actiua. quod intellectus elicit Judicium conforme obiecto. Dicitur Complexa. quia intellectus iudicando rem complectit, seu componit predicatum subiecto

Veritas { Transcendentalis seu Entitativa et Intellectualis

Dicio 4to. In Omni Demonstratione debent esse premisse entia evidentiora non tamen certiora aut evidentiora conclusione Ratio est. Quia idem est motivum assentiendi premissis quod et conclusioni Vide tam certum est Deum Vg. esse. quàm creaturas esse ex quibus Ri colligimus existentiam

Dico 5to: In omni demonstratione premisse debent ee prefectus notæ seu magis scitæ quam conclusio. Ratio e. qa ut ait Aristo. Primo Posteriorum textu 1. Propter quod unum quodq; tale et illud ipsum est magis tale. Vide. Quotum bonum unumq; est tale vel tale, et unum est tale propterea certum est. illud ipsum esse magis tale. Vg. Finis amatur et media propter finem. Sequit ergo ut ipse finis magis ametur.

Notab an aliquid dicat duplr. Primo secundum naturam. Ido. se

quadam nos. Notiora secundum nos sunt quæ sensibus citiꝰ percipiunt. ut singularia quàm vniuersalia. Notiora secundum naturam quæ sunt vniuersaliora et magis a sensu absunt.

Dico 5to. In omni demonstratione debent esse præmissæ immediatæ seu notæ per se non per aliud seu prima et indemonstrabiles, actu nisi quoad nos vel virtute sua est licet actu non sint immediata principia possunt tamen resolui in immediata resolutionis intellectus. Solum en discentem oportet credere prima non demonstrantem ut ait Aristoteles. Quædam Propositiones immediatæ in quolibet intellectu quædam sunt notissimæ et sub in scientys vocat Arista: ianuas a quibus nemiam posse abesse dicet. Eadem vocant philosophi maximas sua est claritate et virtute, Axiomata, sua est virtus nobis manifesta. Dignitates eò quod sint dignæ fidei per se. Prima principia, complexa, quæ ex illis multa alia demonstrantur. Eadem in ethica vocamus jus, legem naturalem, lumen naturæ, synderesim, conscientiæ, principia honestatis. Et pro talibus multis dant sabitus pt. Quædam ám ipsarum propositionum immediatarum sunt notæ per se nemini non omnibus sed nec planibus tantum nec sapientibus, ipsa ut dicit primo topicorum: c. 1. vel ciby nec plurimis nec probatis: aut sunt deducta ex primis, sed qz non difficulter ideo ut bene notat Bellarmin dicuntur adhuc bene per se notæ ut sunt præcepta Decalogi. Deducta verò difficilis ex alijs dicuntur conclusiones seu per aliud notæ.

Dico 2mo. In omni demonstratione præmissæ debent eè causæ conclusionis. Ratio est qz conclusio dependet a principijs. Causa autem alia est in eendo alia in cognoscendo. ut. Vg. ignis est causa fumi in eendo. fumus ám est causa ignis in cognoscendo. Cognito en fumo cognoscitur ignis.

Dico 8uo. Premissæ in omni Demonstratione debent esse priores et natura notiores conclusione si causam essendi contineant. si am premissæ effectum contineant sunt priores et notiores nobis non secundum nos. Ratio est. qz effectus ut plurimum sensibus sunt notiores nobis seu secundum nos non secundum naturam cum ex eis fiat cognoscibilis.

Dico IX. In oi Demonstratione debent esse premissæ quæ scitur habere non possint seu necessaria quæ ad essentiam non quæ ad existentia seu necessitate complexa non incomplexa cuiusmodi vel absoluta vel ex suppone.

Dico X. In omni demonstratione premissæ debent constare. Predicato dicto de omni hoc est visali secundum quod ipsum et per se utail et probat fuse Aristoles primo posteriorum.

Dico XI. In Demonstratione non pt dari progressus in infinitum.

Ratio est. qz cum tria tantum in Demonstratione sint subiectum et predicatum conclusionis ac medius terminus ex nullo eorum pt fieri progressus in infinitum.

Dico Ultimo. In demonstrationibus non pt fieri circulus propriis eo quod ignotum ex ignoto deduceret potest tamen fieri circulus improprius seu regressus demonstrationis. sic dicit Octavio Piccolomini tex. 80. ex perpetuitate motus demonstratur primus motor. Textum 55. ex primo motore perpetuitas motus, et ubi ex vaporibus pluviam ex pluvia vapores dari demonstrat Philosophus. Circulus ergo perfectus est. quando eb eodem ad idem eodem modo cognitum fit regressus. Cum autem fit regressus ad idem diverso modo cognitum tunc est imperfectus circulus.

CAPUT · III.

De Syllogismo Opiratino

§ Quid est Syllogismus Opiratinus?

Dico 1mo Syllogismus Opinativus dicatur, quia opinionem generat. 2do Vocatur dialecticus syllogismus eò quòd fiat de omni re probabiliter in utramq; partem disputemus. Cujus Structuram qz docet Logica Vocatur dialectica satis ineptè cum potuerit vocari a Demonstrativus. 3io Topicus, eò quòd docatur in libris topicorum seu in libris de Vocibus mentorum. 4to Vocatur Verosimilis attingentia veri, eò quòd non infallibiliter attingat Verum.

Dico 2do Syllogismus Opinativus est Syllog. ex probabilibus collectus. Probabilia vero dicta, Alicui sunt quæ videntur vel omnibus vel plurimis vel sapientibus.

§ 2. Quotuplex est Syllog. opinativus?

Dico 1mo tam Varium et multiplex est Syllog. opinativus quam varia et multiplex est mala circa quam versatur. Vide si versetur circa malam Theologicam dicetur Theologicus. Si circa Metaphysicam. Metaphysicus. Et sic de reliqs.

§ 3. Quæ sint propriétates Syllog. opinativi?

Dico 1mo. Syllogismi Opinativi unica est proprietas. Vt. opinio. quæ varia. Alicui (qui poste: Cap 25) Et ad sensum Veritatis in finem seu cum formidine oppositi quod debilitatem argumenti seu rationis. Vel aliter. est affirmatio aut negatio alicujus rei cum formidine ob debile Argumentum. Hoc argumentum si fuerit levis alium generabit suspicionem non opinionem. Si nullum fuerit. generabit judicium temerarium. Si cum aliqua Ex fuerit sola auctoritas dicentis generabit fidem.

§. 4. Quis usus Syllogismi opinativi.

Dico 1mo Syllogismus opinativus debet constare ex tribus. 1mo Problemate. 2do Propositione. 3. Predicato, ut docet Aristoteles 1mo Topicorum.

Problema. Est quaestio vel interrogatio de utraq parte contradictionis. Vg. Utrum Caelum sit incorruptibile nec ne?
Propo. Est altera pars determinata contradictionis seu interrogatio de una tantum parte problematis Vg. Utrum Caelum est incorruptibile.
Praedicatum. Est id quod quaerit & interrogat de subiecto. Vt genus aut species aut differentia aut Proprium aut accidens quae quae Eaventur in Isagoge Porphyrij.

Dico 2do. Argumenta Syllogismi Opinativi ex Vitatis argumentorum Sedibus desumantur. Haec argumenta seu media sunt duplicia quaedam essentialia quaedam accidentalia. Essentialia sunt Definitio genus, species, Differentia Materia forma finis, efficiens, partes integrantes, totum, Accidentalia sunt ut Simile, dissimile Antecedens Consequens, effectus, oppositum, et denig aut Contradictio.

CAPVT. IV.

Quid et quotuplex est Syllog. expositorius?

Dico 1mo Definitionem illig datam de Supernb.
Dico 2do. Syllogismus expositorius alius est proprius alius impropriis. Expositorius Propriis. qui constat medio singulari ut Sr. Judas fuit Apostolus. Judas fuit proditor. Ergo aliquis Apus fuit proditor. Expo: Impropriis qui medio communi constat ut Sr. Omne Deus est aal. Petrus est aal. Ergo Petrus est Deus.
Dico 3tio Syllogismus Expositorius Propriis fieri pt in oi figura

In Prima fig. duo modi habet Syllogizandi. In primo modo utramq; premissam habet affirmativam. In 2do Priorem affirmativam Posteriorem negativam.
In 2da et Tertia figura Tres modos habet. In primo mod. utramq; premissam habet affirmativam. in 2do primam affirmativam 2dam negativam. In 3io. Primam negativam, 2dam affirmam.
Dico 4to. Medium Singulare Syllogismi expository debere esse incommunicabile seu non commune pluribus distinctis. Unde natus é hic Syllog. expositorius. Tota Deitas est Pater. Filius Dei est tota Deitas. Ergo Filius Dei est Pater. Quia in maiori cy Tota Deitas est terminus Singularis communicabilis toti Sme Trinitati qui tamen in maiori non accipit distributive.
Quares. Quid est Syllogismus Copulativus et Disiunctivus?
Respon. 1mo Definitionem illorum Haberi ex Logica dialis.
Resp. 2do. Copulativus Syllog. solum negativus est in Veru, et ho unu tantum modo. quado Ita una pars ponit, ut altera tollat. V.g. Sic. Non et Studet Petrus et ambulat. Sed Studet. Ergo non ambulat. et é contra Sed ambulat. Ergo non Studet.
Resp. 3io. Disiunctivus Syllogy tunc tantum est bonus cum a Destructione unius partis argumentamur ad Severandu aliam. Vg. vel Studet Petrus vel ambulat. Sed Studet. Ergo non ambulat. et é contra.
Quares secundo. Quid est Entimemma. Quid inductio quid explan. quid Sorites?
Resp. ad Primum. Entimemma est Syllogismus truncatus

1 seu

seu Argumentatio Cui vna propositio deest ad formam Syllogisticam.
Rx. ad 2dum. Inductio est argumentatio a singularibus seu enumeratis ad Vniuersale distributum ut, Et Petrus est risibilis et Andreas et ita de cæteris. Ergo omnis homo est risibilis.
Rx. ad 3ium Exemplum est argumentatio in qua vnum singulare colligit ex alio ob aliquam similitudinem. Vg. Aristoteles dando operam Philosophiæ profecit, Ergo et nos.
Rx ad 4tum Soritis est Argumentatio a primo ad vltimum seu nouem recta, in qua per contextum vnius propositionis semper subiectum de Predicato præcedentis propositionis semper sumit nouum Predicatum. donec vltimum predicatum dicatur de primo subiecto Vg. Omnis homo est animal, omne animal est viuens, omne viuens est corpus, omne corpus est substantia. Ergo omnis homo est substantia.

CAPVT. V. De syllogismis viciosis.

§ Primus. Quid est syllogismus vicios?

Dico 1mo Syllogismum vicios um vocari contextus sum q̃ dra formam syllogizandi fit. Pro quo Sophistam qui demonstrature opponit, Sophistam vel Sceptorium, fallacem, litigiosum, qui opponit Dialecticus.
Dico 2do Syllogismum propie dr q̃ vñ quis contextus sub eode sensu qui videt esse in forma et non est. Seu Sophisma q̃ videtur esse, premissis vere cum vera non sint, Sophistam, qui videtur premissis habere probabiles, cum tales non sint.

§ 2. Quotuplex et Sillog. Sophisticus.

Dico 1mo Syllogismus vitiosus bifariam diuiditur. Primo in eum qui peccat in forma ut p Verbi causa in secunda figura ex puris affirmatiuis syllogismum ponas, secundo in eum

qui peccat in mala tam probabili quam necessaria.

Vicia ex parte formae Syllogismi tot esse possunt quot praecepta de syllogismo data. quorum si quod unum violetur. fit syllogismus vitiosus et non in forma. Vicia vero ex parte materiae sunt duplicia, si primo contra probabilem materiam tum peccatur quando assumunt praemissae ut probabiles quae tamen non sunt probabiles. Secundo peccatur contra materiam necessariam cum assumunt praemissae ut verae quae tamen non sunt verae. et tam vocatur Paralogismus ex primo Top. c. 1. Si cum assumant praemissae ut propriae quae propriae non sunt tum syllogismus talis dicetur Pseudographus proprie.

§ 3. Quae sunt proprietates Syllogismi vitiosi

Duo sunt. Vnica proprietas syllogismi vitiosi est, generare errorem in intellectu. seu ignorantiam, in rebus, in dictum pervenit, opinionem improbabilem.

Dico 2. Syllogismum vitiosum duobus modis generare errorem in intellectu. Uno per abusum Vocis est Vocumque Vocem quasi in una significatione cum tamen in diversa usurpetur in diversis propositionibus. Alio per abusum rerum ipsarum, scte. adverendo aliquid res quasi sibi identificatas cum tamen diversae sint. Ex abusu Vocabulorum fallacia dictionis consequunt Septem.

Fallacia dictionis
1 Vocis
2 Rei

Vocis fallacia dividit in
Aequivocationis
Amphibologia

Prima est aequivocationis seu mutatio Vocis aequivocae. Vg. Sirius Canis latrat, Sydus coeleste est canis. Ergo Sydus coeleste latrat. Vbi significatio vocis canis, mutatur. altera enim major alia in minori significat.

Secunda Amphibologia seu Mutatio sensus eiusdem orationis

ut

Vt Vg. in Sor dilog. Quod quis videt intuetur, Sed Celum Videt Ergo Celum intuet. Vbi Orationis Suig intuetur mutatur sensus, aliter en in maiori aliter in Conclusione significat.

accentus

Tertia est accentus et est mutatio vel accentus vel quantitatis vel aspirationis in eadem dictione. Vg. Quisquis Samatur Samo capitur, Sed Vnum amatur. Ergo Vnum Samo capitur. Vbi eadem dictio Samatur, aspirate in maiori, non in minori

Quarta figure dictionis et est mutatio dictionis Vnius in alteram ob aliquam Similitudinem. Hoc ám fit cum id quod uni dictioni attribuit, etiam alteri adscribit propter similitudine. Vel vó duplr continget. Primo cu effectio grammatica unius attribuit alteri ut Vg. Habeo est vbi coniugationis Ergo eo habeo. 2do cum ab uno predicamento ad aliud predicamentu fit argumentum Vg. Quidquid Hodie comedisti. Sed carnes crudas comedisti. Ergo Carnes crudas comedisti. Et. Omnis vó est Studiosus Scientie. Sed Omnis mulier est Homo. Ergo omnis mulier est studiosus scientie.

Quinta Compositionis ac Divisionis. Compositionis est mutatio Propositionis ex diuisa in compositam falsam, seu tam fit, ea propositio vera in sensu diuiso assumit in sensu compositio ut vera cum sit falsa Vg. hic, Panis potest esse niger, Sed aliquis panis est albus Ergo aliquis album potest esse nigrum. Vbi Predicatum maioris accipit in sensu diuiso ob albedine in conclusione accipit in sensu compositio cum eadem albedine.

Divisionis "contra fallaciam" tam fit cum a sensu compositio uero argumentamur ad sensum diuisum falsum Vg. hic Album non pt esse nigrum, hic panis est albus Ergo hic

ponies non pt esse niger. Vbi predicatum maioris ami-
pit in scam componto cum alb edine. Conclusio infert in scam
diuiso.
Ex abusu ad verum. Septem fallacie Oriuntur. Videte
extra dictionem.
Prima est. Fallacia accidentis cum aliquid tribuit subiecto
quod ei accidenti uel eius predicato conuenit. ut Vg. Substa
est genus. Petrus est substa. Ergo Petrus est genus.
Vbi in minori conclusione tribuit id subiecto. Vt Petro quod
predicato illi⁹ sor est substantia conuenit
Secunda. est. secundum quid. et Simpliciter. Secundum quid.
est. in qua procedit a dicto Simpliciter Vero ad dictum se-
cundum quid falsum. Vg. licet canes comedere. Ergo et fca
sexta
Vbi a dicto simplr in antecedenti procedit in conclusione ad
dictum secundum quid. Fallacia. dicti simplr. tunc est. qdo
procedit a dicto secundum quid Vero ad dictum simplr sed fal-
sum. Vg. Corpo est albus secundum dentes Ergo est albus.
Vbi a dicto secundum quid et Vero in antecedente procedit
ad dictum simplr et falsum in consequenti.
Tertia fallacia est consequtis. (per antecedens intellige
tur ex quo infert aliud. per consequs quod infert ex alio)
cum ex consequte infert antecedens Vg. aal est. Ergo hō e.
Vbi ex consequnte ly aal infert Antecedens ly hō. Vel cum
ex opposito Antecedentis infert oppositum consequtis Vt non
est homo. Ergo non est animal.
Vbi ex opposito Antecedentis ly non homo infert oppositum con-
sequtis ly non aal.

Quarta est petitionis principy. Est. cum idem probat per idem. Vel per aque obscurum aut obscurius ut si probet vg. Christum ee Filium Beate Virginis sic Beata Virgo est Mater Chi. Ergo Christg est Filg Beate Virginis
Vbi per naturalitatem aque obscuram probat filiatio Christi.
Quinta est secundum plures interrogationes ut Varius quod ad plures interrogationes extorquet Vnica responsio ut si quaerat. Lupus et Homo est ne visibilis? Si neges istam propoem inferret hominem non esse visibilem si concedas, inferret lupus esse visibilem. Sic. Lupus et Homo est visibilis quedam fera est lupus. Ergo quedam fera est visibilis.
Sexta. Non causa ut causa cum sit. falsitas conclusionis Orta ex una premissa falsa tribuit alteri vere premisse ut Ioo est visibilis, lupus est Homo Ergo lupus est visibilis atq Hec conclusio est falsa. Ergo et maior ex qua fuit conclusio sic sequit.
Vbi conclusio falsa orta ex minori falsa quod lupus sit Ioo. attribuit maiori vere.
Septima et Vltima. ignorantia Elenchi. quod fit inferendo quod videt ee contradictoriam cum non sit. vt. Ioo. est maior formica et non maior templo. Ergo est maior et non maior.
Vbi in conclusione videt poni contradictoria cum non sint. Huic ad contradictoria vequint Aristoteles. Primo ut sint de eodem. 2do secundum deeodem ratione sumpto. 3io secundum idem tempus. 4to secundum eundem locum. 5. in eadem significatione.

In omni am Sophismate hæc spectari solent ut Adversarius cogatur vel propositam concedere. vi Syllogismi, aut præcognitum negare et eam dicta impegisse in metam redargutionis. vel cogatur concedere aperte falsum in metam falsi. si absurdum et circumstantiebus absurdum apparens in metam impossibilis. si sollecisave cogatur in metam sollecismi. si inutiliter idem repetere in metam ratiocinationis Vg. Omnis asinus est rasus asinus. Sed aliquis rasus est rasus asinus, ergo aliquis asinus est rasus asinus.

Atq hæc de vebus dialecticis. Dialectica tractatio sufficiat. ad Maiorem Dei gloriam et immaculatæ Conceptæ honorem.

LOGICA

Logicam propriè sic loco accipimus (qui est ars qua docet rectè definire, dividere, syllogizare, nec demonstrativè nec probabiliter. Et in hac significatione de natura Logicæ disputabimus.

Omnem verò in primis operam nostram Dei Optimi gloriæ, et immaculatæ conceptæ Magnæ Matri D.N.S. (Altissimæ Sanctæ Sanctæ) consecrata volumus.

DISPVTATIO I

De natura Logicæ.

Circa hanc disputationem examinabimus. Primo quas causas habeat Logica? 2do Quid sit? 3tio Quotuplex? 4. Qualis sit? Dari eâ illam scientiam dubium est. Et quidem quod attinet ad primum certum est in primis inter Doctores Logicæ causam efficientem esse Deum, ingenium humanum, studium, præceptores, esse insuper artus ipsiusmet Logicæ. Sciat et aliarum scientiarum realium eosdem esse actus causæ dictæ effectuæ.

Certum 2do. Causam finalem Logicæ esse directionem intellectionum humanarum.

Certum 3tio Materialem seu subjectivam in quâ nempe recipit et deponit Logica esse intellectum humanum.

Certum 4to. Materialem ex quâ esse partes Logicæ dicendas.

Illud incertum est. Primo circa quid versatur Logica seu quod nam objectum est illius materiale et terminativum. Secundo Formale (seu est) specificativum et formalitativum Logicæ seu quodnam est illius objectum formale et motivum. Tertiò de tribus quæstionibus

oribus expendemus.

QVÆSTIO 1.

Quodnam est obiectum mãale Logicæ.

Suppone. Obiectum ẽ rem illam quam considerat scientia uel habitus aliquis. Vocatur ãm imo Obiectum qz cognitioni scientifice tam; quã scopus aliquis ad quem oẽs suos actus refert et terminat dicit Secundo Materia scientiæ seu habitus. qz sicut lignum (vg) dicit mãa artificis ẽ qd artifex circa illud operando versatz. ita Obiectum scientiæ dicit Materia qz circa illud (considerando uersatur scientia. Tertio. subiectu. qz subiacz et substernitz passionibus et proprietatibus quas de illo scientia demonstrat. Quarto (compositum ex partibus — Genus. (Primo poste: t. 25.) qz obiectum totale habet suas partes et species Vg. Obiectum Physicæ Ens mobile habet suas species et partes, (Celum, elementa, mixta, quæ oia debent esse unam saltem Analogice

Diuisio Obiecti. Suppone 2do, Obiectum aliud esse impirfectu (complexum aliud perfectum complexum ẽ quod complectitz predicatum et subiectu perfectum. solum subiectum dicitz. Secundo. aliud esse materiale aliud formale. iuxta alium Rubionem. t. 18. etc.

Materiale est res ipsa quæ considerat. Vg. Corpus.

Formale. est ratio. secundum quam uel ad quæ res considerat. Eadem enim res habet plures rationes seu intelligibilitates, considerabilitates, Vel conceptibilitates. Sit idem Homo. qt considerari geniis est Ens. et sic erit Obiectum Metaphicæ. genus ẽ Ens mobile, et sic erit Obiectu Physicæ. etc.

Tertio aliud ẽ Obiectum totale aliud partiale

totale seu adæquatum duplex ẽ. Primum Vocatz adæquatum considerationis, Secundum adæquatum simpliciter

M3 ista exquisitionis, quem qt predicari in recto de singulis et oibus rebus in illa Scientia contentis seu, tractabilibus Seu quod idem est Obiectum adæquatum considerationis est. quod exquiritz Vocabulu.

communi cibus rebus quæ in illa scientia tractantur ut dicetur q. Metaph. t. 1. c. 2.
Talis est Vg. Medicina Ens medicinale. Metaphica Ens Metaphysicum
Physica Ens mobile seu Physicum. Logica Ens Logicale.
Secundum. Dicatur Obiectum adæquatum attributionis in ordine ad
quod ea considerantur in scientia tanq̃ species, partes, principia, causæ,
accidentia eius.

Partiale iterum triplex est. Vel Principale seu dignius alijs
vel minus principale seu minus dignum alio. Dicatur ita inadæquatum
qz in aliqua tantum scientiæ parte et non in tota scientia consideratur.
His suppositis.

Dico Primo. Obiectum mãle adæquatum attributionis esse
omnes tres operationes intellectus nostri apprehensionem vel indi-
cium et discursum. Est S. Thomæ initio primi posteriorum: Ubi dicit Logicã
cẽ circa eadem notionis, sunt circa propriam materiam. ubi numerat tres
operationes intellectus, et Primæ operationi attribuit librum priorum; ter-
tium Secundæ libros de interpretatione. Tertiæ reliquos.
Ratio est. Prima quia illud est Obiectum logicæ adæquatum attributio-
nis in ordine ad quod considerantur, cẽa. in Logica. Sed Omnia considerantur
a Logica in ordine ad operationes intellectus tres. Ergo tres. &c.
Maior est certa neq potest assignari quid aliud sit cẽ adæquatum Obiec-
tum attributionis mãle. Minor probat. Cẽa quæ considerantur in
Logica ordinant vel ad veram definitionem enunciationem vel discur-
sum. Ergo cẽa quæ considerantur in Logica, considerantur in Ordine ad opera-
tiones intellectus.
Ratio ita Sancti Thomæ initio primi posteriorum. Ad artem q. possunt bene
vel male fieri ordinate et facile efficiendo inventa est Grammatica artis — artes ad q. inventæ.
manifestat. Vide Aristo. 7mo Ethic. C. ultimo ait, Omnis ars natæ imple-
re id quod deest naturæ. Sed omnes tres operationes intellectus possunt
bene vel malè fieri, Ergo. inventa est aliqua ars. ad eas faciliter &
ordinate efficiendas. Sed Hæc non potest cẽ alia nisi Logica. Ergo
Logica inventa est ad operationes intellectus dirigendas vine exercendas.

Ratio 3. ad dirigendos actus voluntatis instituitur habitus particularis qui vocatur scientia moralis. Ergo etiam ad dirigendos actus intellectus alius habitus institui debuit. Sed dico non potest esse aliqua quam Logica. Ergo Logica est instituta ad dirigendos actus intellectus.

Dices Solus syllogismus est obiectum Logicae. Ergo ô ões tres operationes intellectus. Antecedens probatur primo quia ita docet Aristoteles 2 post. t. 9. et Elench. Capulti: Ergo 2do. Probatur 2do. alias operationes intellectus sunt et alij modi dicendi quae sunt quidem errore capaces sed quia facile ab ingenio naturali corrigi possunt. Ideo de iisdem arte non potest. Ars est et virtus est tantum distinctionum ut ait Aristoteles nam ut vere S. Augustin. lib. 2do. de doctrina Christiana Cap. 37. ait. Quis dicat artem esse comprehendi omnia landi scierdi 2c. licet 2do cum periculo lapsus et errore soleant exercere. Probatur tertio. Illud est obiectum adequatum Logicae attributionis in ordine ad quod cetera ordinantur, sed syllogismus definitio, diuisio, considerantur ut pote partes syllogismi. Ergo.

Probatur 4to. Solus syllog. est finis ultimus Logicae per se ultimo expetibilis ut pote adequata & perfecta intellectus humani. per syllogismum ea capiat intellectus totum obiectum seu quicquid est in obiecto. Essentia proprietates attributae causas 2c. Praeterea intellectus humanus nec ita factus est ad discursum seu syllogismum, ut in solo syllogismo tanquam fine in centro quiescit quia per illum habet ultimam suam difficultatem discursivi.

Probatur 5. quia alia operationes intellectus non habent eam perfectionem intellectus humani, sor est bene definire, dividere, syllogizare.

Probatur 6to. qd obiectum habitus instrumentarij est per quod habitus principalis acquirit ultimam suam finem, Sed Logica est habitus instrumentalis, Ergo obiectum illius est instrumentum per quod habitus principales scientiarum naturalium attingunt suam ultimam finem sore actus scientificos, Sed scientia naturales attingunt suos actus syllogismo. Ergo.

Probatur 7mo. Ita se habet syllog. in Logica, sicut ornatus in Rhetorica. Sed Rhetorica ordinatur ad ornatum orationis Ergo etiam Logica ad syllogismum.

Ro.

Probat 8. Quæ tractant in Logica ordinant ad syllogismum
sic prædicamenta Aristotelis, Prædicabilia Porphirij, et hæc ordinata ad subiecta syllogismi, Libri Periermenias propositiones. Libri priorum et posteriorum syllogismum eiusq; species, sunt de libri Topicorum et Elenchorum. Liber de scientia elenchorum syllogismi seu scientiam,

Probat. 9. Quæ pars per se non intendit in scientia, sed refertur ad cognitionem totius tanq; ad finem sic genus et differentia ex ordine ad speciem. Materia et forma in Definitione compositum considerantur. Sed prima et 2da Operationes sunt partes syllogismi. nam termini et propositiones quæ ad primam et etiam operationem spectant, sunt partes et materia syllogismi ut bene in initio supra. Ergo Operationes intellectus non considerant per se sed in ordine ad syllogismum.

Respondeo. Negando Antecedens. Primo dico quod etiamsi syllogismus imperfectus esset, adhuc esset Logica, multa enim adhuc præcipi possent logicè de definitione et enunciatione quæ adhuc possent bene vel male fieri, Secundo. quia syllogismus ordinatur aliquando ad definitionem vel enunciationem, ut cum per syllogismum rationalis scitur definitionem vel enunciationem aliquam bonam sit, vel contrarium de eligo reperiet. Tertio quia bene definire, enunciare. etiam absq; ordine ad syllogismum, est bonum et perfectio intellectus melior ipsa quam non ipse. Ad probationem antecedentis dico Aristotelem locis citatis non assignasse libros etiam Logicæ universim sed logicæ a se facta seu partis eorundem Logicæ quam ipse inuenit quæ est de syllogismo.

Secundo Probationi Nego Antecedens. Falsum enim est Operationem primam vel Secundam intellectus nostri naturaliter posse eam etiam modo de facto nonnisi per præcepta Logicæ corrigantur, ut patet ex præceptis datis in Dialectica de prima et 2da Operatione. Annibalato vero et similibus enumeratis cum nulla habeant peculiaria præcepta, sufficit ad illa obtinenda rectè naturale dictamen prudentiæ, Vel certe si duæ primæ operationes naturaliter corrigi possent etiam tertia corrigi potest sine Logica, non enim maior ratio Unius quam alterius.

Tertiæ Probationi. Distinguo Maiorem. Illud est Obiectum Logicæ adæquatum, in ordine ad quod ea considerantur. Omni modo eo quo considerant

in Logica, Conseq. Maio: In Ordine ad quod considerant ora a signo modo Nego Maio: ⇐ Simili Distinq. Minorem. Sed in Ordine ad Syllogismum considerat definitio et enunciatio aliquomodo Conseq. Mino: Considerant Ontologicalo. Definitio et Enunciatio in Ordine ad Syllogismum. Nego Mino: Definitio en et Enunciatio Considerant in Logica ut sunt partes Syllogismi. et sic referunt ad Syllogismum et Considerant ut sunt tota quedam. Et sic considerata non referunt ad Syllogismum, sunt et in Physica Elementa considerant, et ut sunt partes corporum Coniectorum seu compositorum et ut sunt tota quedam Corpora Phisica.

Quarta Probatoni. Nego Anteced. Nam per Syllogismum non cogor Objectum eo omni modo quo est cognoscibile à Logica Vg. per Definitionem ut est totum quoddam ex distinctum a Syllogismo, Et habet intellectus humanus solus perficiat discursu, solus factus Et per discursum, non tamen solo discursu perficit nec propter solum discursum factus est. sed etiam per definitionem et enunciationem, sicut Deus Sed Vg. perficit realitate non tamen sola rationalitate, Sed rationalitate simul cum realitate. Falsum igitur est. intellectum humanum quiescere in solo Syllogismo. cum etiam in definitione rerum quiescat.

Quinta Prob. Nego Conseq.

Sexta Concesso toto Syllogismo primo. Distinguo Subsumptum Sed Sed actus scientificus non est quomodocunq pertinentes ad scientiam est non sint scientifici propie Sed sint vel definitivi vel probabiles vel actus principiorum vel actus cognoscitivi Operi mentalis. Instantiam actus assumat Syllogismo Nego Subsumptum. Sed Sed actus scientifici stricte sumptus assumunt sua ex Syllogismo Concedo subsump.

Septima Probatoni. Nego Maiorem. Nam instrumentum scientiae est ipsa est Logica qua ipsa praecepta ad omnem scientiarum actus recte eliciendi concurrit Vel Demonstrationes Syllogismos, qui est principale Objectum Logicae, non tamen instrumentum scientiae, est Objectum adequatum Logicae, ut ex se patet.

Octava Prob. Distinguo Maio: Ita se habet Syllogismus in Logica sicut Oratio in Rhetorica, si sumpta Oratio in tota significatione prout comprehendit quamcunq ornatam propositionem Nego Maio: Ita se habet Syllogismus in Logica sicut Rhetorica Oratio stricte et Antonomastice sumpta prout Vel constat Exordio Narratione Confirmatione Conclusione Concedo Maiorem. Similiter Distinguo Minorem. Sed Rhetorica ora dirigit ad Orationem in sensu stricto sumptam Nego Minorem Ad Orationem in sensu latiori sumptam dirigit ora Nego minorem. Nego consequentiam.

Nonã. Lr. Nego Antecedens. Nam non refertr ad Syllogismum definitio intenta quodlam

Nonã. Probationis distinguo Maio: Cognitio partis qua nunq̃ pt ee totum sed tempo pars non intendit per se. Concedo Maiorem. Scilicet est Mãa formã Syllogizandi qua nunq̃ scitur tota sed semper partes. Cognitio partis quae simultanea est totium ut sunt Elementa. Vg. Non intendit per se Nego Maiõ: Deinde. Distinguo Minorem. Definitio et Enunciatio sunt partes Syllogismi considerate in ordine ad Syllogismum, Concedo Minorem. Sunt partes secundum se Simpliciter Sine Ordine ad Syllogismum Nego minorem et Consequentiam

Dices Secundo cum Nominalibus Obiectum Logica sunt Voces. qz in Logica termini, Voces, diuidnr, definiunr, et propositiones earum q̃ Signanr. Ergo. ꝛc.

Resp. Negando Anteced. Nam Logica quidem Vocalis possunt dici termini ut Vocales esse Obiectum sicut Scripta Scripti, Mentalis Logica, Mentales termini sunt Obiectum.

Ad Probationem Antecedentis. Dico. in Definitione terminus Vocalis vel diuisione principali, definiri et diuidi Mentales, Sicut et ars gladiatoria, agendo de Vaginis principaliter agit de gladio.

Ad Ito ad eandem Probationem Definitiones et diuisiones terminorum esse figuratas Methonimicas. Quoniã in iis Signum non Vox pro qua Scribitur seu significata. Sicut dum Tabula Cosmographica Galliae dicit ee Italia Vel Polonia, in Sphera Mathematica Circulus, Zodiacus aequator ꝛc.

Dices 3io. Obiectum Logica est modus sciendi Ergo non Operationes Intellectus. D. Distinguendo Antecedens. Est modus sciendi ut accipiat pro modo cognoscendi par omnes tres operationes a Logica dirigibiles. Concedo Antecedens. Si modus sciendi accipiat in rigore pro sola demonstratione, qua sola simus quicqd sumus Est Obiectum Logica Nego Antecedens.

Dices Quarto. Obiectum Logica est ens Intentionale Sen Secundum Logica. Ergo non Operationes Intellectus. D. Negando Antecedens. Nam intentio ens significat actum reflexum intellectus qui non tam est Obiectum Logica quam potiq̃ actus Logica.

Duies Quinto. Obiectum Logicæ sunt res Omnes Ergo non Operationes Intellectus. Antec. patet 2 primo. Quia ita docet Aristoteles primo Elench. Cap. 1. et primo Rhetor: Cap. 1. et 2. Quarto Meth. t. 5. et alibi quod sic 2do Ergo In Logica tractant Predicamenta et Predicabilia quæ sunt res non Operationes Intellectus. Ergo Res sunt Obiectum Logicæ.

Tertia Probo eodem tribus quo et 2da

Obiect. Dialectica tradunt de rebus, ut Genus debere prædicari de specie, Speciem de individuo &c. Ergo Obi. Log. &c.

Resp. Negando Antecedens Primo idem, quia Obiectum habitus partialis actus est id quod ab habita fit. Sed res non sunt hujusmodi res non sunt Obiectum Logicæ. Maior Probatur Exemplis. Nam Vg. Grammatica Obiectum est Sermo correctus. Rhetorica elegans et aptus ad persuadendum, et isti sermones fiunt ab ydem Sermonibus Habitibus. Ergo &c.

Ad probationem primam Antecedentis Dr. imo Aristotelem de locis citatis, loq. de Obiecto proximo non remoto. Secundum id dicunt primo Rhet: Cap. 2. Operationes Intellectus dicunt Dialecticam eo facultatem inueniendi rationes. Primo Vero Topi: C. 1. Artem qua docet Methodice. de id proposito ordinate syllogizare. Vel certe loquitur Arist: locis citatis de Logica Vtente Sic est Philosophia ac Theologia.

Ad 2dam Probationem Dr. Predicabilia et Predicamenta non tractantur in Logica per se et proxime Sed per accidens et remote, Sic est quod Nam Logica docet Operationes intellectus recte faciendas, Operationes vero recte fieri non possunt nisi in Voces mediate Cæterum attingit etiam res sunt Medium ut dicat Connexionem Infimo Immediate imperat connexionem mediate Vero Quia Connectio absq. Voce fieri nequit. Ita Logica docet præcipit Predicationem generis de Specie immediate præcipit vocem actum prædicandi, remote mediate Vero vocum ad Vg. de Nomine

Duies Sexto. Officium Logicæ è discernere Veram a falso Sed Veritas est in rebus, imo idem sum rebus Ergo Obiectum Logicæ sunt res non Syllog. Dr. imo Negando Maiorem. Cum Officio Logicæ sit docere modum tendendi in Veritatem, et declinandi falsitatem, proinde solum exercite non vero signate discernere Veram a falso

R. 2do Transeat Maior. Nego Min.: Nam Veritas Logici et transcendentalis est in rebus non tamen Veritas cognoscendi.

Dices septimo. Obiectum Logica est sola Definitio. Ergo non tres Operationes intellectus. Antecd. probat. Primo. Definitio est nobilissima cognitionum ut potè reproschetativa quidditatis. Ergo R. Negando Antecd. Probatoni Nego Consequentiam: Nam etiam Deus est nobilissimum Obiectum Logicae non tamen adaequatum Dei inadequatum et similis Circulus Matheos. Probatoni Nego Antecedens. Logica ea institutiva est propter tres operationes intellectus instituitur et non solas easdem dirigendas. Unde etiam non est Scientia sola. Nam Logica dirigeret Approbationes et enunciationes. Aristotelis Vocabulis citatis sub definitione comprehendit huiusmodi quae eam definitionem praecedit.

Probat 2do qd Logica è instituta et propter tres actus humanos non est ex definitione: ut ait Scotus in 2do Rep. d. Vbi ait Omnem doctrinam tam ex definitione: 2do ex operatione.

Dices octa. Obiectum Log. est sola 2da Operatio. Ergo non tres. Antecd. Probat. Quia Logica, est Ars Instrumentalis tanta dicta a praemissis seu dualibus Operationibus quae sunt Instrumenta intellectus ad inferendam Conclusionem. Probat 2do Ea tertia Operatio seu assensus conclusionis ponitur praemissis vere dispositis necessario sequitur. Ergo non est dirigi a Logica.

R. Negando Antecedens. Probationi Primae Distinguo Antecedens. Dicta Ars instrumentalis a praemissis rude acceptis seu non dispositis. Nego Antecd. Dicta a praemissis vere dispositis. Concedo Antecd. Ideoque ea dispositio pertineat ad tertiam Operationem qa vere disponere quid nihil non est solum componere vel dividere sed insuper inducere tertiam operationem Ordinando praemissas ad illationem conclusionis. Secundae Probationis Nego Antecd. Nam etiam positis praemissis vere dispositis si vel intellectus parum exercitatus sit, vel de forma Syllogistica non sit expertus. Intellectus non statim infert Conclusionem sed dubius manet quam inferri debeat, ut vero vere de hac dubitatione inferat Conclusionem: iuvat a regulis Logicae.

Dices nono. Obiectum Logicae est Cassationis. Ergo non tres Operationes.

Antecedens probatur primo. Logica tractat de vocalibus predicamentis terminis propositionibus syllogismorum, figuris, modis, definitionibus. Arg: 2°. Sed hec non sunt entia rationis. Ergo non tractat Logica de entibus rationis. Minor probatur: quia hec omnia Logica non considerat sub ratione reali sed sub ratione entis in Metaphysica et cognitum. Ergo sub aliqua ratione rationis.
Probatur 2da Ante: Logica vocatur scientia rationis ab ente rationis Ergo
Probatur 3tia. Multa vocantur entia rationis logica, quia a sola Logica, et a nulla alia scientia fiunt.
Probatur Quarto. Quia predicati ad subiectum quem considerat logica, est ens rationis. Ergo &c.
Probatur 5to. Logica considerat Operationes deservientes obiecta cognita, Ergo ens, sunt entia rationis quia ut multo dixit, Intelligi in re intellecta nihil est.
Respon. Negando Antecedens. Primo ideo qd etiamsi nulla entia rationis essent, ad hoc Logica esset et tractaret sua precepta de Operationibus intellectus &c. Demonstratio gignit scientiam, Topica Opinionem, Sophistica argumentatio errorem. Secundo ideo. qd non posset operationes intellectus Logica considerare in ordine ad entia rationis cum entia rationis per se non sint considerabilia. Tertio ideo. qd grammatica obiectivum non est ens rationis grammaticum nec Rhetorica Rhetoricum, Ergo neq logica logicum ens rationis sint Obiectum. Probationi Antecedentis primi. nego minorem. Nam Universalia predicamenta &c. tractat Logica ut sunt cognoscibilia ab intellecta, quomodo non tractat metaphysica eadem, Secundo Probationis nego Antecedens. Dicat enim Logica scientia rationis ab operationibus seu actibus rationis, vel intellectus. Tertio Probationis nego Antecedens. Entia enim rationis Logica vocatur Operationes intellectus vel etiam aliqua entia rationis, proprie dicta, qua secundarius considerantur a Logica. Probationi 4ti nego Antecedens. Quia ens est ipsum predicatum cognitum ab intellecta ut connexum cum subiecto. Quinto Probationis nego Minorem. Intelligi enim in re intellecta, nihil est (subintellige) preter ipsam rem intellectam.

FINIS SECUNDA.

Quodnam est Obiectum formale Logicæ.

Obiectum formale Logicæ sunt Operationes intellectus quà dirigibiles. Ratio, Prima est quia Logica omnium scientiarum est habitus Operationum rationis directiuus. Ergo est directiuus dirigibilium operationum.

Ratio 2da. quia Aristoteles passim Obiectum practici habitus assignat agibile siue eligibile. Sed Logica docens est habitus practicus ut potè tradens recta operationum factionem. Ergo Obiectum eius est agibile seu dirigibile.

Ratio 3ia. Quia Obiectum sic assignatum nihil continet quod Logica docens non attingat, nec Logica quicq̃ dicit attingit quod in tali Obiecto non contineatur. Ergo &c.

Dices Primo. Obiectum formale Logicæ sunt Operationes rectæ (Ens nomine sumpto nominaliter seu sine tempore et prout significat Operationes tam factas quam faciendas, quam quæ fiant, non vi participiali. Ens est prout Ens nomen cum tempore præsenti significat Operationes quæ iam factæ sunt rectæ) Ergo non operationes quæ dirigibiles sunt Obi.

Antecedens probatur primo. qz nihil valens potest assignari pro obiecto formali Logicæ. Sed non dirigibiles qz dirigibiles non comprehendunt directas et illas quæ diriguat. Ergo rectæ operationes sunt Obiectum form. Logicæ.

Resp. Negando Antecedens. Qz Logica docens non considerat actum intellectus rectum, quidam directiua non est. Probatione Nego Antecedens quia Sicut terminus (rectæ) potest non excludere operationes quæ dirigendæ est ita termin dirigibiles potest non excludere operationes iam directas.

Dices Secundo. Saltem Logica simpliciter sumpta Ens est prout est Speculativa et practica non considerat assignatq̃ Obiectum Operationes dirigibiles, Ergo &c.

Resp. negando Antecedens, quia Logica cum sit habitus magis practicus quam speculativus, latiùs Obiectum illi debet assignari magis pateri quam præcisi temporis ut docet Aristoteles.

QVÆSTIO TERTIA.

Vtrum est Logica?

Verum è omnibus Logicam debere esse habitum intellectivum, Varones principalibus quinq. quos Aristoteles 6to Ethic. Cap 3. numerat. Artes, Scientiam, prudentiam, sapientiam, intellectum, Ens est habitus

principiorum.

Certum secundo. Logicam esse habitum inclinantem ad directionem Operationum intellectus ut patet ex dictis, qz nulla alia scientia hoc facit. Ergo Logica

Definitio artis

Dico primo. Logicam esse artem proprie. Ratio est. qa tota definitio artis illi competit quae est talis Eto Metha. t. 3 d 4. Ars est habitus cum vera ratione factivus operis artificialis, vel ut alibi dicit. Ars est habitus intellectivus cuius finis est opus artificiatum Sed Logica est talis. Ergo logica è ars.

Dico 2do Logicam non esse artem in sensu accommodato et vulgari seu non esse Mechanicam sed liberalem. Ratio est qa non efficit opus extra operantem.

Dico 3tio Logica est scientia proprie practica. Ratio est. quia Eto Metha. t. 1. vbi Artes dividit scientiam speculativam in activam et factivam. dicit Rationalem artificialem. Activam dicit Rationalem moralem seu prudentiam. Sed Logica est factiva. Ergo est scientia proprie practica. Ratio 2da. Scientia practica intendit. rectitudinem operis dicitur Sed Logica est talis Eo est intendendo rectitudinem operationum intellectus Ergo e scientia practica. Ratio 3ia Si Logica ea est scientia practica, nulla erit. Nam nulla non erit ratio cur aliqua debeat esse, & non Logica.

Dices Primo Logica est scientia proprie dicta. Ergo non practica. Antecd. Probat. ista Logica seu Sabet conditiones scientia propie dicta, est ea cognitio certa evidens et de Vnalibus Objectis. Ergo ec. Probat 2do. Logica multa demonstrat Vt vg. inducendo modos per deductos vel per impossibile. Definitionem debere ee clariorem definito eo quod sit explicatio entis vel

Resp. Negando Antecd. Probationi primae Distinguo Antecd. Est cognitio certa et evidens. Speculativa Nego Antecd Est cognitio practica Concedo Antecd. Secundam probationem totam Concedo. Nego tamen Consequentiam.

Dices secundo. Logica non habet Objectum necessarium. Ergo nullo modo est scientia. Antecd probatur Primo qa Objectum Logicae est contingibile quod sit alio & alio modo fieri finde non aeternum cum tamen objectum scientiae debeat esse aeternum. Ergo ec. Probat 2do

92

quia Logica est de Obiecto operabili ut operabile est Ergo &c.
Probatr 2do. Quia Philosophia moralis non est Scientia, qz versatr circa operationes voluntatis Ergo nec Logica qz versatr circa operationes intellectus
Probatur 4to. Quia Scientia Virtus est, Logica non est Virtus, quia non disponit ad optimum ut Vg - quando non disponit ad falsum & syllogismum probabilem inferendum.
Probatur 5to. Logica est propter Opus, Nam tamen Scientia est propter veram cognitionem veritatis. Ergo &c.
Probatr 6to. Aristoteles Primo Top. C. 3. docet Propones Logicas non esse Scientificas sed earum adinvicem alatinas. Ergo &c.
Probatur 7mo. Logica septimo Met Eap. t. 15. Vocatr Modus Scientiae sea Scientia, Ergo non Scientia.
Resp. negando Anteced. Primo ideo quia Obiectum Scientiae practicae aliquid est aternum alio nec Bum & alio est Scientia speculativa potest considerari a Logica in Vitali.
Probaom Primae Nego Consequentiam, Nam etiam Physica Obiectum est generabile & corruptibile & tamen est aternum non quo ad existentiam qua mutatr nec est aterna sed quo ad Veritatem propositionum de tali Obiecto
Probaoni 2dae. Nego Consequentiam. Tertiae Probaoni: Nego Anteced.
Quartae Probae: Nego minorem Nam Logica non disponit ad falsum nisi per accidens et Valde veraliter in quantum nimium in talibus praecepta aliqua obscurendo falsum inducit. Secundo ideo qa Syllogismus probabilis Non Logica Sed Topica docet.
Probaoni 5tae Distinguo. Minorem, Scientia Speculativa est pro cognitionem Veritatis Concedo. Minor. Scientia practica est pro Cognitionem Veritatis Nego Minor:
Probaonis 6tae Nego Anteced. Aristoteles ea in loco non loqtr de logicalibus propositionibus Sed de Topicis
Prob: 7mae Nego Consequentiam Nam ut Videmus sup Auctr nostr Logica modum Scientiae effective non formalr. ex Dictis collige Primo. Logicam esse Virtutem animae intelligentis, qz est dispositio perfecta (Quae est intellectus) ad optimum, (Quae est finem adsequendi) nimirum veritatem, seu aliter, qa Logica iuvat intellectum humanum ut perficit Opus;

non sine aptam veritatis obtinere.
Colligo 2do. Logicam non esse facultatem qz facultas est. quæ in Vtramq; partem disputat probabiliter seu problematicè ut dit Arist. Sed logica docendo de qua dt loquimur non disputat in Vtramq partem problematicè ergo non est facultas.
Dices 1mo. Aristoteles in Rhet. c. 1. vocat Logicam facultatem simul & Rhetoricã. Ergo Logica est facultas.
Resp. Aristotelem laxasse sumere facultatem et impropriè pro qualibet arte opposita scientiæ propriè. Vel certè eo loco non Logicam sed Topicam appellat facultatem. Hæc enim probabiliter disputat in Vtramq partem.
Dices 2do. Logica docet varium modum inveniendi. Vg. medium. Ergo docet opposita. Consequenter est facultas.
Rr. Negando Consequentiam. Nam Logica non docet opportos modos inveniendi medium sed plures, eqùe bonos. Sic Vg. qui ostendit plures vias ducendi hanc; viam æquè bonas non ostendit viasq; oppositas &c.

QVÆSTIO IV.

Quotuplex est Logica.

Dico primo. Logicam aliam esse naturalem seu dictamen quoddam rationale et rectè faciendarum definitionum, enunciationum, syllogismorum, quæ etiam in rudibus solet reperiri. Aliam artificialem seu scholasticam definitam. Hæc Conclusio patet experientia et totius fere consensu, qui vix omnes a rationis habent potestatem definiendi, dividendi, syllogizandi non ab arte vel scientia a qua tantum facilitatem acquirimus, definiendi syllogizandi enunciandi.
Dico 2do. Logica artificialis alia est totalis, quæ docet recte fereve vix tres operationes intellectus, alia partialis quæ docet vel recte definire tantum, vel recte syllogizare tantum &c. Hæc conclusio patet per se.
Dico 3io. Logica in communi alia est docens alia utens. Docens est. quæ dat præcepta definiendi enunciandi, syllogizandi, &c. Utens est. quæ definit enunciat syllogizat, Vt Physica Metaphysica. Theologia &c. Ratio est qz in ea ars alicui est habitus docendi, modum aperiendi faciendi et alij faciendi ipsum opus.

Dices Primo. Logica alia dicit Nova, alia Vetus. Ergo non debet esse et Vetus. Resp. Negando Consequentiam. quia Logica tam nova quam Vetus debet esse vel Vetus vel Nova. Nova verò Logica appellatur ars de syllogismo inuenta ab Aristotele, Vetus verò de prima et vera operatione recte faciendi quæ ante Aristotelem viguit.

Dices 2do Logica debet dividi per divisionem librorum Artis ita ut alia sit antepredicamentum alia Predicamentum. alia Analeticum primo posteriorum. Topicorum Elenchorum &c. Ergo non in docentem et Vtentem studi debet.

Resp. Negando Consequentiam q. sic in oibus libris continentur Logica partialis.

QVÆSTIO. V.

Qualis est Logica

Dico Primo. Logica artificialis docens est realiter et essentialiter distincta ab Vtente. Ratio est quia Vtens Logica est communis scientia Ergo est Philosophica ac Theologia utens Logicis præceptis. Sed omnis scientia est essentialiter distincta a Logica docente. Ergo Logica docens essentialiter est distincta ab Vtente.

Dices 1mo. Logica non solum alijs scientijs dat præcepta sed etiam docet syllogizare syllogizando ipsa, enunciare enunciando, definire definiendo. Ergo saltem in suo sensu non est essentialiter ab ea distincta

Resp. Concedendo totum cum Sancto Thoma apud Mauricium L. 1. Logica C. 3. Stultè enim rerum et sui et oblique index est, ista de Logica, dando alijs præcepta, etiam sibi dat.

Dices 2do Philosophia ac Theologia docens, sed non opinans est distincta a Logica. Ergo non ois Logica Vtens est distincta essentialiter a docente. R. Negando Antecedens. cum Aristo: Euodeu in Sabinum est Dicto: C. 2. et negans consequentiam in suo obiecto considerare.

Dico 2do Logica artificialis docens et Vna scientia ab alia quarto Metaphysicæ text: 3. Quia totius Logicæ Obiectum formale

patet ex obiecto Visus, auditus etc. Sed ens rationis non pt ee prius in cognitione a qua fit. Ergo.

Probat etc. Non datr quod neque sit creatum neq; increatum, Sed ens rationis neq est creatum quia, qd omne creatum est reale, neq increatum, quia ens rationis solus Deus est. Ergo etc.

Probatr 2mo. Non datr quod neque sit ens, neq non ens (medium enim non datr inter contradictoria) Sed ens rationis neq est ens, qd distabitr per ly rationis, sicut Homo per ly pictus, neq non ens qz addit illi ly ens. Ergo ens rationis non datr.

Reform. Negando Antecd. Probatio nis Primae explicо Axioma. Intelligi sequitr ad ee Intelligee intelligentis intellectui, non vero ad esse rei intelligibilis seu intellecte. Sensus igitr Axiomatis est. ad hoc ut aliquid intelligatr debet esse prius intellectui qui intelligit non vero rei quae intelligitr.

Probationi 2dae. Ee primo distinguo Antecd. Non pt ee Obiectum prima, nam seu prima cognitio intellectus ens rationis tran[s]eat Antecd. Non pt ee Obiectum secundarium Nego Antecd. Cognitio vero perficitr ab Obiecto primario.

Ad 2do Negando Antecd. Nam quamvis Homo sit Obiectum primarium ratiocinii, et tamen non est quid reale. Probationem eig distinguo ens rationis non pt perficere intellectionem intrinsece componendo illam Concedo Probationem. Non pt perficere extrinsece et sicut perficiunt accidentia substantias. Nego Probationem.

Probationi 3tiae. Nego Antecd. Nam eadem species quae representat lucem vg. representat etiam negationem tenebrarum, et quae representat ens representat etiam negationem entis.

Probationis 4tae. explicо Axioma. Nihil est in intellectu quod non prius fuerit in sensu Sive est. Vel per se ut dulce in sensu gustus, vel per aliquid sui seu per aliquid ad se pertinens ut anima rationalis prius est in sensu, seu primo sentitur, non per se Sed per aliquid sui, Vel per aliquid a se productum vg. Motum localem ab intrinseco, augmentationem, nutritionem etc. Substantia similiter, non est per se in ullo sensu Seu non sentitr per se Sed per sua accidentia, quia vg. quanta vel qualis est eodem modo Deus Angelus etc.

Sein

Iunde Distingno Mino. Ens rationis non pt ee primo in sensu per se aliqua ceata concedo minorem, non pt ee per aliqd sui seu p aliqd pertinens ad se. Nego Mino.

Probationis Ste. Resp. imo. Distingendo Antede. Obiectum primarium debet ee primo cognitione. transeat Antece. Obiectum secundarium debet ee prius ce. Nego Antecedens.

Resp 2do. Idem Antece. distingendo aliter Obiectum cognitionis formalis debet ee primo cognitione operativa concedo Antece. Obiectum cognitionis practice debet ee prius cognitione practica. Nego Antecedens Cognitio ex practica cognita fruit quodammodo suum obiectum.

Resp 3io Idem Antece. distingendo sic. Obiectum cognitionis cognoscentis vere. et sicuti est debet ee primo cognitione concedo Antece. Obiectum cognitionis cognitis vere aliter quam sit in se seu non vere debet ee primo cognitione Nego Antece. Sicut en pictus noster cognovit intuendo in imagine montes, valles, umbras, que ibi vere non sunt, sic intellectus nostra representari pt quod vere non est.

Probationi 6te Nego Minorem. Nam Ens rationis est idem Ens mere ratum seu cum addito rationis, Ens ám est Ens mere ratum sine addito, simpliciter et reale.

Probationi 7mae Nego Minorem. Nam Ens rationis et ens et non Ens dici pt. Non Ens quidem simplr seu reale et verum. Ens tamen cum addito et secundum quid pt et Ens rationis, sicut tamen pictus non est quidem Eo aeq et simplr, est tamen Eo cum addito et secundum quid (non est) tamen pictus.

Resp. Distingendo Minoris primam partem. Ens rationis non est ens reale, concedo primam partem minoris, non est ens cum addito Eo est rationis Nego primam partem Minoris, Secunda similr distingno, neq et non ens, Eo est reale Nego eam partem minoris, neq et non ens Eo est rationis concedo eam partem Minoris, et Nego Consequentiam.

QVÆSTIO SECVNDA.

Quid est Ens rationis

Suppone primo Ens duplr accipi primo in Propria significatione pro adepto, prout dicit ens reale, seu ens et rem cui non repugnat esse

vel de facto et actu ut Deus vel saltem in potentia, seu res quæ potest existere licet re ipsa non existat ut rosa &c. in Sphæra. quæ tam non existit secundo impropriè accipi quàm sigt tam ens reale quam rationis seu ens fictum

Suppono 2do. Ens rationis itidem dupliciter accipi. Primo proprie pro re impossibili cognita tamen esse, 2do impropriè pro re pertinente alio quomodo ad intellectum seu rationem

Suppono 3io Ens rationis impropriè sumptum varie significare. primo subiectivè sumptum sigt ipsam rationem seu intellectum, 2do subiectivè. sigt id quod recipit in intellectu tanq in subiecto ut species Sabrig species, intelligibiles. 3io. Effectivè sigt id quod efficit ab intellectu ut operationes intellig. 4to Obiectivè, sigt id quod cognit ab intellectu.

His suppositis.

Dico 1mo. Ens rationis propriè sumptum est illud quod tantum esse obiectivum in intellectu habere pt. seu res quæ cum sit impossibilis &c. esse. Ratio est. Ea sola Entia rationis hucusque examinata et alia quæcunq tandem excogitari possunt sunt etiã realia non rationis. Ergo Ens solum Deus et ens rationis quod tantum esse habet Obiectivum in intellectu.

Dices Primo. Essentiæ entium rationis sunt nemine cogitante. Ergo Ens rationis non est impossibile cognitum esse, Antecd. probat. 1mo Nemine cogitante a cogitate denominante cum a denominante dextrorsum dextri, Ergo &c. Probat 2do. Propositiones quædam de ente rationis necessario sunt veræ antequ fiat Ens rationis ut ens rationis sunt non est ens reale. &c. Ergo essentiæ entium rationis est nemine cogitante, sicut essentia hominis ex eo est certa quia de illa nemine cogitante veræ sunt propositiones quædam. Ut Vg. Etc. Homo est animal rationale.

Dico Negando Antecd. quia si entia rationis essentiæ nemine cogitante essent ens rationis non esset illud quod tantum est per cogitationem vel fictionem intellectus quod tamen supra asseruimus &c. Ergo.

Probationi primæ Concedo Antecd. Nego Consequentiam. Nam cognitum non est Ens rationis sed quintus minus nisi concipiatur esse in Orato.

Probationi 2dæ. Nego Consequentiam. Nam essentiæ entium realium non ideo est realis quia de illis formantur propositiones veræ sed quia essentiæ re,

realium entiū ponent existere hāt. non existant aliquo.

Dices 2do Relatio creationis conuenit creatori, Relatio Dei conuenit paruetis. vg. hominē cogitante Sed ista āa sunt entia rationis, ergo entia rationis non sunt impossibilia cognitu esse.

Rndeo Neg. Maiorē. ut infra clarius apparebit.

Dices 3tio cum Scoto. Entia rationis sunt subiectiue in rebus ergo non tantum obiectiue in intellectu. Antecedens probat. Quicquid est relatio substantia vel accidens, Ens rationis cum non sit substantia et accidens conuenit in aliquo subiectiue esse sicut et omne accidens.

Rndeo neg. Antecedens. Primo ideo qa intellectus iuxta eam sententiam nihil qd conuenire in rebus extra se quod in illis subiectetur, Ergo nec entia rationis. Secundo ideo. qa talia entia rationis non conuenirent definito propria entis rationis. Ergo tale ens rationis non esset proprie ens rationis. Probatur Primā Distinguo Maio: Quicquid est vel est substantia vel accidens Concedo Maiorem, Quicquid est obiectiue per rationem per conceptum tantum est substantia vel accidens Nego Maiorem. Minorem bene similiter distinguo. Ens rationis est reale Nego Minorem: est obiectiue et per rationem et conceptus tantus Concedo Minorem. et nego consequentiam.

Rndeo 2do transeat Maior Nego Minorem. Nam ens rationis est et substantia, et accidens rationis tamen non reale, seu complet ens rationis et tanq substantia et tanquam accidens.

Dices 4to. Ens rationis non est cognitum. Ergo non est ens possibile. Antecedens probat Ens qz ens rationis est ens in anima. in mente seu ratione ideo ens dicit ens rationis. Sed ens in anima est cognitum ut dicit Aristoteles Textu sub verbis Cuius verbis lapis inquit non est ens in anima Sed intellectus lapidis est ens in ea. Ergo Ens rationis ze — De aā t. 28.

Probatur 2do Ens rationis est ens finitum seu limitatum Entis Sicut Leonis petens est limitatum ens Sed limitatum entis est cognitum entis in mente existens Ergo Ens rationis est cognitum.

Probatur 3tio Id quod intellectus formant ac fingit est cognitum. qz intellectus solum cognitionem formant ac fingit Sed intellectus humanus Ens rationis formant ac fingit. Ergo ze.

Contra Negando Anteced. Primo ideò qz Obiectum cognitum non est cognitio sicut Obiectum Visum non est Visio. Sed Ens rationis est Obiectum cognitum ut patet ex definitione illius Ergo Ens rationis non est cognitio

2do ideò qz cognitio est ens reale seu Verum Ens rationis Verum non est ens reale Sed qz cognitio est in intellectu subiectivè Ens rationis Verè sc. illum obiectivè Ergo non est cognitio

Probatione primæ Distinq. Maiorem. Ens rationis est Ens in ea propriè reale et Verè existens Nego Maio: Est Ens in ea impropriè non realiter non Verè Sed entitatem tantum existens Concedo Maio: Minorem Limito distinguo. Sed Ens in ea realiter et propriè et Verè existens est cognitio concedo Minorem, Sed Ens in ea impropriè non reale, non Verè Sed fictè et per ratiocinem existens est cognitio Nego Mino: et Consequen. Arbis Verè illo loco citato loqt de ente in ea existente Verè propriè et realiter Sed secundum rem non secundum fictionem intellectus.

Probatoni 2dæ. Distinguo Maio: Ens rationis est Ens fictum seu similitudo realis et propria ac Vera sicut imago regis et similitudo propria et realis. Nego Maiorem Est similitudo impropria non realis non Vera Concedo Maiorem

Probatoni 3iæ Distin. Maiorem De quo intellectus formaliter agit propriè et realiter est cognitio Concedo Maiorem, quod intellectus formaliter agit impropriè et non realiter est cognitio Nego Maiorem. Minorem sdo distinguo Ens rationis formaliter agit propriè intellectus Nego Minorem. Formaliter ac finaliter impropriè non realiter secundario consecutivè concedo Mino: et Nego Consequentiam.

Aliter 5to. (cum Thomistis) Ens rationis est denominatio extrinseca, seu denominatio a forma non existente in forma in re denominata sicut intrinseca denominatio, et denominatio a forma existente in re denominata ut oculus Videns a Visione quæ est in oculo. Ergo non est ens impossibile &c. Antecd. Probat. Primo Denominatio extrinseca vg denominatio cognitionis est in ipsis rebus absque reali relatione in intellectu ex puris potuit denominatio cognoscentis, Ergo est Ens rationis. Probatur 2do Ens rationis Saltem esse Obiectivum seu esse cognitum, Sed esse cognitum est denominatio extrinseca Ergo Ens rationis est Denominatio extrinseca.

Probat 3io Quia esse Antecedens et esse Consequens esse Predicati, subiecti,

Def

Definitu, affirmatu, negatu, est denominatio extrinseca a cognitione præcedente subiective etc. Ergo sic sunt entia rationis, Ergo etc.

R. Nego Antecedens. Quia Obiectum cognitionis non est denominatio extrinseca cognitis, sed res ipsa quæ cognita et objecta cognitioni, Ens rationis est Obiectum cognitionis qz cognitum ab intellectu Ergo Ens rationis non est denominatio cognitis.

Probatur Quod nego Antecedens. Nam Denominatio cognitis potest sumi et realiter et formaliter, sive pro materia vel forma si sumatur materialiter et pro ipsa re denominata est idem cum rebus ipsis Vg. planeta, columna, etc cognita, si vero sumatur formaliter denominatio cognitis seu pro forma a qua res cognita dicitur seu pro cognitione cognoscente rem cognitam est in intellectu subiective denominatio extrinseca fundata sumpta.

Probatur 2da Distinguo Maiorem Ens rationis habet esse Obiectivum seu cognitum seu esse id quod est Obiectum cognitionis seu quod objecta cognitioni, Concedo Maiorem. Habet esse Obiectivum seu denominatio obiectata vel dicitur cognitum Nego Maiorem, sed esse cognitum seu esse id quod est cognitum et Obiectum cognitionis est denominatio extrinseca Nego Minorem: Ergo Cognitus seu denominatio et licet cognitum est denominatio extrinseca Concedo Mino. et Nego Consequentiam.

Probatur 3tia Concedo Maiorem: Nego Minorem:

Dices 4to. Ens rationis est nihil seu non ens cognitum. ergo non impossibile etc. Antecedens probatur primo Nihilum cognitum totum bonum esse habet in ratione et a ratione concipiente nihilum sicut et Ens rationis. Ergo etc. Probatur 2do Ens rationis non est Ens reale. Ergo est purum nihil cognitum quia aliqua datur medium inter Ens reale et purum nihil.

Resp. Negando Antecedens. Primo ideo qz Nihilum cognitum est denominatio realis a forma reali ante dictam operationem intellectus existens sicut denominatio subsidii etc. cum tamen Ens rationis non sit ante dictam operationem intellectus Ergo Ens rationis non est Nihil. Secundo ideo qz nihil potest esse cognitum. Vg. non esse, et tamen tale non est Ens rationis qz non habebit esse obiectivum in intellectu sed potius non esse bonum, Ens est illig nihili, non esse cognoscatur et Objecta intellectui non vero esse Ergo etc.

Probationi Primæ Nego Antecedens. qz Nihilum cognitum, aliquo habet esse obiectivum in intellectu quando cognitur esse, aliquo non habet non esse

obiectum in intellu quod cognr non ee seu non existere.
Probatur 2da transeat Antecd. Distinguo conseqs. Ergo Cub rationis est
summa nichil reale. Concedo Conseq. est plenum nichil rationis Neg. consequ.
Dices 3mo. Cub possibile tantum cognitum ut actu existens est ens rationis
Ergo non Cub impossibile est ens rationis. Antecd. Probr imo. Cub possibile
cognitum actu existere habet tantum obiectiua ee in intellectu Ergo 2da.
Probatur 2do quod intellectus concipit etiam impossibile ut est impossibile, non fit
Cub rationis quia concipit aliquid prout est in se Ergo quod concipit aliquid
aliter quam sit esto sit possibile facies Cub rationis.
Nego Sequelam Antecd. de possibile cognitum actu existens est quid reale
possibile non vero rationis tantum.
Probatur Prima nego Antecd. possibile enim habet esse a parte rei, non
quidem actuale sed potentiale seu possibile.
Probatur 2da Neg. Consequ. Res ens aliter concepta quam sit esse falsa sit
vera tamen possibilis.
Dices 4to. Cub rationis sola est relatio rationis Ergo non omne Cub
impossibile cognitum esse.
Resp. Negando Antecd. Nam Cub rationis non sola est relatio sed etiam multa
entia rationis absoluta, non relativa, non respectiua.

QVAESTIO TERTIA ?

Quinam causae sunt Entium rationis ?

Dico Primo Entia rationis concepta ad modum accidentium habent suum
modum maalem in qua quasi subsistant seu quod idem est in qua con-
cipiunt quasi subsistant. Ratio e. Quia Cub rationis conceptum per mo-
dum accidentis non potest concipi sine subiecto in quo subsistat tanquam
reponat, etc. Ergo Entia rationis habent suum quasi maalem.
Dico 2do. Relationes Rationis et alia entia rationis per modum
accidentium concepta in illo subsistant quod denominant. Ratio est
quia privationes concepta ut Cub in eo subsistant in quo esse cognoscunt.
Sed cognoscunt esse in eo quod denominant ergo subsistant in eo quod denomi-
nant. Minor probatur Inductione tenebrae subsistant in aere cognoscunt
esse, quem tenebrarum denominant, relatio cognitis cognoscit esse in cognito
quod cognitum esse denominat, et sic de ceteris. Ergo privationes et re

ja'

rationes in eo ex concipiant quod denominant.

Dico 2io. Entia rationis quædam habere causas realem ex quâ quædam vero non habere quia quædam entia rationis sunt composita quædam simplicia. Composita sunt quæ ex plurib⁹ partibus realibus sed in compositionibus componuntur ut Hyppocentaurus ex equo et homine Pricocervus ex Capro et Cervo &c. Simplicia sunt in quibus intellectus nullam compositionem et pluralitatem partium cognoscit ut in relatione Creationis ad Creaturam &c. Ratio est. qz entia rationis talia sunt qualia esse concipiunt ab intellectu nostro. Sed quædam Entia rationis concipiuntur composita quædam non, ut patet ex ipsa Conclusione, Ergo quædam entia rationis sunt composita quædam non.

Dico 3. Entia rationis composita non ex omni compositi ex ente et non ente Sed quædam etiam ex duobus entibus ut Hyppocentaurus et alia. Ratio huius conclusionis eadem est quæ superioris

Dico 4to Ens rationis habet causam quasi efficientem sui quæ est Ens rationis quasi efficit, hoc est improprie abstractive, indirecte, dominative &c. Ratio est. quod concipit esse de novo concipit effici ab aliquo ens rationis concipit esse de novo Ergo concipit effici ab aliquo seu quasi efficit

Dico 5to. a solo intellectu hominum Viatorum dicit entia rationis, Entia ficta, entia impossibilia cognita esse. Ratio est qz cui rationi ex ob aliquid quæ causa efficit, non a sensu, non ab imaginatione seu fantasia, non a Voluntate quia nec sensus nec imaginatio impossibile apprehendere possunt esse seu quicquid apprehenditur, illud possibile est. Nec etiam Voluntas efficit Ens rationis quia Voluntas non pt repræsentare sua obiecta consequenter non pt dare esse obiectivum entibus rationis Secundo. qz intellectus Voluntati Objicit illud Objecta non vero ipsa Voluntas objicit sibi iuxta illud Axioma Philosophorum Nihil est Volitum nisi prius cognitum Hoc est nihil valet Voluntas nisi quod illi intellectus cognoscens representat. Ergo Ens rationis a solo intellectu fit &c.

Solus hominum viatorum intellectus facit entia rationis

Dico 7mo. Omnes tres operationes intellectus faciunt Entia rationis vno. est quia hæc tres operationes intellectus nostri possunt cognoscere esse quod est impossibile esse ergo omnes tres faciunt Entia rationis. Consequentia per se patet, Antecd. probat Inductione, Prima Operatio pt representare

negationes, privationes, relationes rationis: dicunt se. esse. absq; ulla re, fictione vel affirmatione. Secunda etiam operatio. ps. Vg. indicare Deū esse figmentum quod tamen est impossibile. Deinq; tertia operatio potest talem illationem facere qua non ps illo modo ex aliquibus præmissis inferri. Vg. si talem syllogismum faciat, baculus est in angulo Dornax est furfida. Ergo ego ero in solo. Vbi tertia operatio infert illationem esse impossibilem esse ex præmissis Vis.

Dico 8to. Entia rationis quedam fiunt per cognitionem comparativam seu comparantem seu referentem vnum ad aliud: quedam fiunt p cognitionem absolutam seu non referentem unum ad aliud. Ratio est. quia relationes rationis vg - non possunt concipi nisi per talem relationem referendi unum ad aliud. Vg. per relationem cogniti cognitum refertur ad cognoscentem. Contra alia bona entia rationis concipi possunt etiamsi unum non referatur ad aliud. Vg tempus vt æeve exhibet in Oculis se. Ergo quedam entia se. Possunt tamen omnia entia rationis etiam absoluta fieri per noticiam seu cognitionem comparantem vnum cum alio seu referentem unum ad aliud, sic Hyrocervus Vg. qui est ens rationis absolutum non respectivum non relatum ad aliud possum concipere et absolute seu ut est absolutum sub ratione Vg. concipiendo illum ut est vnum quid ex pluribus incompossibilibus. Et rursus eundem hyrocervum possum concipere comparative seu ut est relatum ad aliud. Vg. si concipiam illum ut sunt in eo plura ordinata seu relata ad fruendum vnum hyrocervum.

Dico 9. Entia rationis Logica seu relationes rationis fieri non possunt nisi per cognitionem reflexam. (Cognitio directa si bene memini dicit est cognitio objecti rei vg. parietis et similium. Cognitio reflexa est cognitio cognitionis) Ratio est. quia relatio cogniti Vg parietis ad cognoscentem, (idem dic de alijs relationibus) per eam fit cognitionem per quam cognoscit necessario cognoscere parietem Vg cognitum. Sed talis cognitio est reflexa quia est cognitio cognitionis. Ergo relationes rationis fiunt per cognitionem reflexam.

Dico 10. Ab intellectu Divino non possunt fieri entia rationis nec directe nec indirecte. Ratio est. Quia Deus non potest cognoscere esse quod est impossibile esse. Deus enim cognoscit res semper ut ita se habent seu vere, unde etiam impossibile cognoscit ut est impossibile seu non esse,

Coz

Cognouit spiritu ut spum &c. Ratio 2da qa aliàs Cognitio Dei ẽt falsa & falli posset quod tamen implicat contradictionem

Dubio II. An intellectu Angelico et beatorum possunt fieri aliquæ Entia rationis. Ratio est qa tam intellectus Angelicus quam beatorum multa naturali lumine videre non possunt ut mysteria quædam supranalia, circa quæ non habent lumen supernaturale. Ergo possunt concipere talia mysteria aliter quam Sic possunt, atq ita efficere Ens rationis.

Dices Primo Contra Primam Conclusio: Entia rationis propriè subsistant in rebus Ergo non quasi subsistant. Antecd. Probat Primo. Accidens reale, propriè subsistat ob imperfectionem suam. Ergo multo magis accidens rationis, quod ẽt imperfectius quam accidens reale debet subsistari propriè.

Probat 2do. Accidentia rationis sunt in intellectu nostro in Ratione, ergo in intellectu nostro propriè subsistant.

Probat Ens (Entia propriè et seu subsistat in Oculo, tenebræ in aëre, & cæs alia negationes et negationes in subiecto.

Resp. Neg Antecedens Primi illud propriè subsistat in alio quod propriè est Ens reale, Sed Ens rationis non est Ens reale. Ergo non subsistat propriè in alio.

Probationi Primæ Distinguo Antecd. Accidens reale propriè subsistat ob imperfectionem essentiæ suæ realis (concedo maiorem. Accidens reale subsistat propriè ob imperfectionem qualemcumq. Nego Antecedens

Resp. 2do. transeat Antecd. Nego Consequ. Nam accidens reale indiget subiecto in quo subsistat & sustentetur ob imperfectionem quæ habet ut est Ens reale sea ob imperfectionem in ratione Entis realis non vero ob imperfectionem qualemcumq

Probationes 2dæ. Distinq Antecd. Accidentia rationis sunt in intellectu nostro in Ratione propriè. Nego. Antecd. Sunt in intellectu nro in Ratione propriè (concedo Antecd et Nego Consequ.

Probationi 3iæ Nego Antecd. Dicunt tamen propinationes non quidem esse verè in subiecto requirere tamen subiectum determinatum, quia propinationes non possunt convenire nisi subiecto determinato, et illi cui forma deest. Sic Centaurus non pt convenire nisi illi ovalo cui virionis forma deest.

Dices 2do Quod est in intellectu objectivè tantum non est in illo

subiectivè. Sed Ens rationis tantum Objectivè est in intellectu. Ergo non est in illo subiectivè qz particula tantum excludit ab Ente rationis omnem alium modum essendi. Sea existendi Baxter objectivum.

Resp. Distinguendo Maiorem. Quod è in intellu Objectivè tantum non est in illo subiectivè propriè concedo Maiorem. Non est in illo subiectivè impropriè Nego Maiorem. Minorem Concedo, et Distinguo Consequens. Ergo non est in illo subiectivè propriè Concedo Consequm. impropriè Nego Consequm. Particula Verò tantum excludit ab Ente rationis solum modum essendi proprium in alio non verò impropriùm. Subiectari èn impropriè in alio nihil aliud est quàm habere esse Objectivum per modum accidentis, seu concipi tanq accidens et in Ente rationis alterj

Dices 2do Contra 2dam Conclusionem. Omnia Entia rationis sunt composita Ergo nulla sunt simplicia. Anteced. Probat. Primo, Impossibile seu in ultimo contradictionem non potest fieri nisi inter plura Consequenter est compositum ex plurib, Sed Ens rationis est impossibile Ergo est compositum ex plurib. Probat 2do Inductione. Entia fictitia ut Hyrocervus, Hyppocentaurus, Hymera et similia sunt composita omnium consensu. Relationes etiam realiter debent concipi componi cum subiecto in quo sunt, et termino ad quem sunt. V.g. relatio creationis cum creatore in quo est, et cum creatura ad quam est Ergo 2te

Probat 3tio Ens rationis cogr per fictam entis realis. Ergo componit ex talibus speciebus et de ipso.

Probat 4to Negationes et privationes concipiunt per modum formæ realis Ergo sunt compositæ ex formis realibus et de ipsis.

Probat 5to Ens rationis non est solum ens Sed cum addito rationis nego est solum non ens, Sed non ens conceptum esse. Ergo cum sit mixtum Ens et non ens est compositum ex ente et non ente.

Probat 6to Ens rationis est ens impossibile, Sed ens impossibile est compositum ex ente dri in ens, et est compositum ex negatione seu impossibilitate, Dicit ens Ens impossibile Ergo Ens rationis est compositum

Resp. Negando Antecd. Probationi Primæ Nego Maiorem. Sunt enim relatio realis est inter plura non tamen componit ex illis pluribus

Ita

ita contradictio est quidem inter plura non tamen componit ex pluribus
Probatur Sola Concedo Antecd. Nego Consequ. Nam relatio rationis
est quidem composita cum subiecto et termino sed Esse compositum et imperfecta
non est tamen composita ex subiecto et termino quae est propria com-
positi sicut et ad Dominus componit quidem cum quia nihilominus ta-
men est simplex vere quia non componit ex mea.
Probatur 3ia. Distinguo Antecd. Sub ratio ad cogi per species entis
realis tanquam partes componentes sui. Nego antecd cognoscit per
species tam per media ordinata ad se cognoscendo Concedo Antecd.
et Nego Consequ.
Probatur 4ta Explico Axioma Negationes et privationes concipiunt
per modum formae realis hoc est per formas reales seu entia realia
primo et principaliter cognita, cognoscimus etiam secundario et indirecte sub
ratione sicut dum cognoscimus Angelum, primo cognoscimus corpus Vi-
deo: alicui tam deinde corpus per tale corpus hic cognitum cognoscimus
Angelum visitasse videndo Vel Iram Patrem irritare gravando eum seu
et in hoc sensu Verum est axioma Hi Veri seu sub sit sub axiomate
Negationes et privationes intelligi non possunt sed sola forma realis seu entia re-
alia sola cognoscunt falsum est axioma. Hoc explicato axiomate, nego
consequ.
Probatur 5ta. Primo Resp transeat Antecd. Nego Consequ. nam
etiam Deus realis non est aequus et realis est Deus et tamen non
est compositus ex non esse Petri et esse Dei Ergo Neg Sub ratio ni
ens non sit sub reale et sit sub rationis. Resp Do. Distinguo
primam partem Antecd. Non est solum sub reale Concedo primam
partem Antecedentis Non est solum sub rationis Nego Primo partem
Antecedentis. Secundam itidem distinguo. Neg est solum non sub, hoc
est, reale. Nego eandem partem Antecedentis. Neg est solum Non sub rationis
Concedo eandem partem Antecedentis et nego Consequ.
Probatur 6ta Nego Minorem. Nam esse sub impossibile idem est
quod non esse reale, quamvis non esse reale latius pateat quam esse

entiis rationis.

Quæs 4to. Contra 6am Conclusionem. ab Intellu non possunt fieri alia entia Ergo nec entia rationis.

Antecedens Probatr Primo. Intellectus nullam esse potest tribuere rei cognitæ vg. parieti Sed Plam denominationem extrinsecam cogniti, Ergo nec entium rationis.

Probatr. 2do Quicq intellectus producit est Verum ens reale Entia rationis non est Verum ens Ergo intellectus non producit ens rationis.

Probatr 3io. Term. cognitionis nullum esse accipit a cognitione, Sed Entia rationis est terminus cognitionis. Ergo nullam esse accipit a cognone.

Probatr 4to. Qui cognovit Sanctam Sortem Vg. non dat illi per Ver Subsistentiam neq facit illum intrinsecè Sanctum esse Ergo etiam qui cognovit Entia rationis esse non dat illi per Ver esse.

Probatr 5to Productus Entis rationis seu cognitis deberet esse nobilior Ente rationis, qa productio seu cognitio Entis rationis esset Ens reale, Ens rationis vero non est ens reale cum tamen productio non reputetur nobilior suo producto effectu Vel termino a producto enim effectu nobilis etiam ipsa productio dicit nobilitatem ex illo Propter quid aliqd est tale illud ipsum est magis tale Ergo. etc

Probatr 6to Ens rationis non pt recipere influxum realem ab intellectu qa ens rationis non est reale Ergo

Probatr 7mo Ens rationis est Ens impossibile Ergo non pt effici ab ulla potentia consequenter etiam ab intellectu.

Probatr 8vo ad Productionem Entis rationis non concurrit Ens ab intellu qa illud ad quod Ens concurrit est Ens reale, quale non est Ens rationis. Ergo. etc.

Resp. Negando Antecd. Probationi primæ Distinguo Antecd. Intellectus nullam esse tribuere pt rei cognitæ præter denominationem extrinsecam Ergo. Nego Antecd. Nullam esse tribuere pt impropriè præter denom. Nego Ante. Probationi 2dæ idem distinguo majorem, Quicq intellectus producit realè et propriè est Verum Ens reale Concedo Majorem. Quicq producit non propriè seu consequenter tantum producit est Verum Ens reale. Nego Majorem. Minor transeat et Nego Consequm.

Probatio Partis Distinc: similiter Maiorem. Terminus cognitis realis nullam ē reale accipit a Cognitione Concedo Maiorem. Terminus nullum ē accipit impropium ⁊ non reale a Cognitione. Nego Maiorem similiter Distinguo. Sed Sub rationib ex terminis realib ⁊ propriis cognitionis Nego Minor: impropiis ⁊ non realis Concedo Minorem. Consequs itidem Distinguo. Ergo Sub rationi nullam ē accipit reale a Cognitione Concedo Consequm. Nullum esse non reale ⁊ impropium accipit a Cognitione Nego Consequm.

Probatio ptis Distinc Antecd. Qui concipit asinum sanctum non dat illi sanctitatem impropiē ⁊ per rationem Nego Antecd.

Probatio ptis Distinguo Antecd. Productio vera non pt ē nobilior suo termino intrinseco ⁊ primario concedo Antecd. Productio impropia qualis est entis rationis Non pt ē nobilior suo termino extrinseco ⁊ ultimo Nego Antecd. Nam Sub rationis est eadem terminus a quo productionis Sed impropie, et terminus ad quem secus. Omnia hæc termini productionis Entis rationis seu Cognitionis est cognitio seu intellectio completa ⁊ consummata.

Probatio Ptis Distinguo Antecd. Sub rationib non pt recipere propriam influxum ab intellectu concedo Antecd. Non pt recipere impropium influxum Nego Antecd.

Probatio Ptis tertiæ transeat Antecd. Distinguo Consequm. Ergo ens rationis non pt effici ab alia potentia propriē concedo Consequm. Non pt effici impropiē ⁊ quasi Nego Consequm.

Dicet ad hoc contra eandem Conclusionem sensus interne indigit aliq ⁊ quod tamen est impossibile esse. Ergo etiam sensus est causa existimandi non solum visibilem. Antecd. Patet. Quia nonne indicant oculi ē palearem quitaream Universum orbi ambitu maior est, baculus in aqua fractus apparet ⁊ tamen integer est iste navigantibus monstri colleb, petra, Valles, mania. ad Visum representantur ut tamen nihil eorum sit ibi. Sed ista ne

nil deest.

sed ista ōia sunt impossibilia. Ergo sensus inducat esse quod tamen impossibile est.
Resp. Negando Antecd. Probāni Ego Minorē. Illa vero ōia enumerata in probatione non sunt impossibilia sed possibilia.
Dices 6to imaginatio pt apprehendere impossibile esse. Ergo non solum intellectus. Antecd. probat experientia, intuendo in somnijs per imaginationem ovium structuram minimam, altitudinis profunditatis immensam per conjecturam. Ergo ec. Probat 2do. Pt fantasia imaginari ibi animal cum capite Hyrci, pectore Leonis, cristo galli dentibus aprioculis basilisci, cauda Draconis, pedibus varijs, alijs reptilibus et similia, sed tale tale est impossibile Ergo pt imaginatio apprehendere impossibile. Probat 3io Imaginabile latius patet quam impossibile. Ergo imaginabile seu obiectum imaginationis pt esse impossibile. Probat 4to Imaginatio apprehendit Negationes esse ut ens non ens, Deum non esse Ergo ec. Resp. Negando Antecd. ad Probationem secundi Antecd. Nego Consequentiam. Probāni 5ta. Distinguo Antecd. Potest fantasia imaginari dal cum Capite etc. quoad formam exteriorem seu dispositionem externam membrorum concedo Maio: Potest etc. quoad formam internam seu essentiam ex pluribus naturis incompossibilibus compositam Nego Maio: Minorem similiter Distinguo. Sed tale dal quo ad essentiam internam est impossibile concedo Mino: quo ad formam exter: seu dispositionem membrorum exteriorem. Neg. Mino: et Consequentiam. Nam talis Hybrida quoad exteriorem dispositionem membrorum non est impossibilis imo Negatur Vi sunt talia monstra naturae non tamen quoad naturarum diversarum Unionem. Probāni 6ta.
Replico axioma imaginabile latius patet quam possibile Ens est primum possibile naturale non tamen supernaturale. ita ut sensus axiomatis sit imaginabile comprehendit etiam impossibile naturale seu impossibile naturaliter pro ea obiectum imaginationis, seu quod idem est imagi-

nāō ꝑt imaginari rem quā est impossibilē nāalr. Explico Do
rem imaginabilē posse intelligi intelligibile. Probatur 4ta
Nego Antecēd. imaginatio ēn non percipit formaliter negationes sed solū
ꝑcipit fictiones sicte formis Vg. Petrum sine cornutione, hominem
sine visione etc. devem ergo hoc. etc.

Dues 3tio saltem Voluntas videt se facere cum ratione Ergo non tantū
intellectus

Antecēd. Probatur Prima Voluntas ꝑt referre suam obiectum ad aliud
ad quod referri non ꝑt. ut Vg Deum ad Creaturas, ut tum tanquam
medium et fiant ad felicitatem obtinendam. Vg. cōnētatem ec. Ergo ec.
Probatur 2do Potest Voluntas desiderare Hyppemos quē tamen sunt
impossibiles Ergo etc.

Rō. negando Antecēd. Probatur Prima itidem Nego Antecēd. Nam Vo-
luntas non refert unum obiectum ad aliud, sed relata et comparata ab
intellectu amat vel desiderat.

Probatur 2dā Nego Antecēd. Nego Consequēn Nam Entia impossibilia
possunt quidem esse obiectiue in Voluntate seu ab actu Voluntatis cū intellec-
tu representari possunt impossibilia. Consequēter Voluntas ꝑt talia desiderare
amare etc. Ideo tamen non dicuntur entia rationis sed Entia ficta
quia Entia rationis sunt quidem Entia impossibilia, et quidem eadem que
in Voluntate sunt. Sed tamen non dicuntur entia rationis nisi cum
sunt in ratione concipiente aliqd impossibile esse Non vero, prout ꝑt
in Voluntate, tum ēn potius dici debent entia Voluntatis, non entia
rationis

Dues 4tus. Deus cognoscit Entia rationis esse seu per modum
entis. Ergo facit. Cognoscere ēn Ens rationis esse, est illud facere.
Antecēd. Probatur Primo, quia Deus deus nostram fictionem cogitati-
onem ut debet cognosci per scientiam visionis ut dicunt Theologi
Scientia Visionis in Deo est Cognitio veram existentiam in tempore alicuo
etc vel presente Vel preterito Vel futuro, Ergo etc.

Probatur 2do. Deus cognoscit Ens rationis factum ab intellectu humano
et eo modo quo est in intellectu humano. Sed Ens rationis est in

intellectu humano per modum Entis. Ergo Deus cognovit Ens rationis per modum Entis. Destruo Anteced. Deus cognovit Ens rationis cognitione directa, practica faciendum Ens rationis, seu fingendo et excogitando de novo Ens rationis. Nego Anteced. Deus cognovit Ens rationis cognitione reflexa speculativa, seu contemplando eam factam a nobis Ens rationis concedo Anteced. & Nego Consequentiam. Cognoscere verò Ens rationis cognitione directa practica est facere Ens rationis, non tamen cognoscere cognitione speculativa.

Probatur Prima Nego Consequ. Probatur ista in qua est fallacia accidentis., Respondeo Primo Distinguendo Maiorem. Deus cognovit Ens rationis ab intellectu humano factum eo modo quo est in intellectu humano, Concedo est. Deus et cognovit Ens rationis eo modo quomodo cognovit intellectus humanus falsi falso et erronée et concipiendo de quod non est Nego. Maiorem. Deus cognovit Ens ratio: eo modo quo est esse simul cognovit modum nostrum cognoscendi Ens rationis, seu modum existendi entis rationis in intellectu nostro per modum Entis concedo Maiorem et Minorem: & nego consequ.

Resp. 2do. Distinguendo eandem Maiorem aliter. Deus cognovit Ens rationis eo modo etc ita ut modus cognitionis nostræ sit etiam modus cognitionis Divinæ Nego Maio: Ita ut modus cognitionis nostræ sit tantum Objectum cognitionis Divinæ concedo Maiorem.

Resp. 3io Negando Consequ. fallaciam in ea Syllogismo accidentis est qz Modus in Maiori accipit prout est objectum cognitionis Divinæ in conclusione verò accipit quit est etiam modus cognitionis Divinæ

Dues 3io. Ens rationis non sit hic falsitas, sed falsitas non est in prima Operatione. Ergo Ens rationis non fit a prima operatione.

Resp. Negando Minorem. Nam falsitas Prædicationis seu falsa prædicatio non est quidem in prima operatione est tamen falsitas apprehensionis seu falsa apprehensio et inadæquata Objecto seu non (con-

cur

nis neq concordando cum Obiecto, quando Ph. dicit esse per primam operationem quod non est esse.

Dices 10. Sola prima operatio fundat relationis ergo nec secunda nec tertia. Antec. patet. Antecedit fundatum relationis sed secunda operatio primo idem enti rationis debet comprehendi et consequenter fieri a prima operatione. Ergo ista non fit a relatione nec a sua operatione, quod enim factum est fieri negat.

Resp. Neg. Antec. Probatur prima Ptis. Antec. Debet apprehendi et fieri enti rationis idem modalis specificative diverso tamen modo conceptum a prima et a relatione vel a tertia operatione. Concedo Antecedens debet applicari idem formaliter et eodem modo conceptum. Nego Antecedens et consequentiam. Nam per primam operationem enti rationis fit apprehensio vel impossibilis esse per eandem apprehensionem affirmative vel negative esse per tertiam apprehensionem infertur ex alio tanquam quod in fieri consistit. Ante omnem istam iudicium praecedit eandem primam operationem, eandem tamen terminum impossibilem quem prima operatio solum apprehendit esse. Secunda operatio iudicat esse affirmando vel negando illum esse. Vide quod relationis quod fundatur est a prima operatione illud idem non fit fieri a relatione et tertia eodem modo potest tamen alio ut per se patet.

Dices 11. Relatio cogniti fit interius a cognitione directa ergo non a reflexa. Antecedens probatur primo. Quando cognosco parietem. Eadem cognitione simul cognosco virtualiter et indirecte me cognoscere parietem quia cognitio est reflexiva supra se, et quod idem est. Cognosco reflexive meam cognitionem ad parietem, et vicissim parietem cognitum ad meam cognitionem. Quia relativa sunt simul natura et cognitione. Ergo etc.

Probatur 2do. Contra rationis sunt minima entitatis. Ergo ad illud cognoscendum sufficit directa cognitio, non vero requiritur speculativa et reflexa.

Probatur 3io. Non magis inter se connexa sunt, relatio paternitatis cum filiatione, vel substantia filij, quam cognitio cum pariete cognito. Sed cognita paternitate cognita substantia filij. Ergo relativa sunt simul cognitione. Ergo etiam cognito pariete cognoscitur volitio cogniti et consequenter fit.

Probatur 4to. Non debet fieri per plura, quod fit fieri per pauciora

Ergo neq; Deus rationis cognosci debet per cognitionem reflexam, cum possit cognosci per cognitionem directam.

Respon. Negando Antecd. Probationis Primæ. transeat Antecd. Quia non est certum an potentia reflectat se supra se eodem actu cognitionis an diverso, de quo videbimus in ariana Etica Deo volente. Nego tamen consequ. Nam eadem cognitio qua quis cognoscit paternitatem, est cognitio directa qualenus cognoscit se ipsam seu qualenus reflectit se sup se ipsam, vel quia quis cognoscit se cognoscere est cognitio reflexa et per talem cognitionem fit relatio cogniti, Sor est per cognitionem qua cognoscit paternitatem, non tamen qualenus cognoscit paternitatem Ita quia cognoscit se ipsam.

Probabit 2da Nego Mcio: Nam cognita paternitate imperfecte imperfecte confuse non est necesse cognoscere filiationem et substantiam filij sed solum cognita paternitate definitive perfecte et expresse. Rationa Veró fiunt simul cognitione, tum temporis tantum quando cognitur cognitione definitiva. Prob. 4ta. Concedo Antecd. Nego Consequ.

QVÆSTIO IV.

Quotuplex est Ens rationis?

Dico Primo. Ens rationis aliud est impositis quasi substantia ut Hyrcus etc. aliud quasi accidens, ut relationes etc. Ratio est quia Ens rationis aliud concipitur esse substantiæ aliud accidens. Ergo aliud est quasi substantia, et aliud quasi accidens

Dico 2do. Ens rationis aliud cum fundamento in re, aliud sine fundamento in re. Explico et simul probo suam conclusionem. Ens fundamento rationis sunt, quia fundamentum concipiendi talia est nemine cogitante, Vg. fundamentum concipiendi coecitatem esse Dei. est ipsa cognitio seu primo ytiam, qua est nemine cogitante. Sine fundamento Veró in re illa quia concipiendi talia non habetur fundamentum in re, ut Vg. quando nihilum concipimus esse cuius nullum extat fundamentum a parte rei, et nemine cogitante.

Dico. 3

Dico 2do Entia rationis alia esse entia relationis, alia privationes, alia negationes. Rão est quia ista omnia concipiunt esse cum tamen sint impossibilia esse.

Dices, Esto divisio non est sufficiens entis rationis. Ergo est mala. Antecedens probat. Haec divisio non continet multa entia rationis. ut Nihilum Entia fictitia Species imaginaria, tempus in quo Deus intellexit, hoc quo accumscribi intelligit, Habitus rerum spiritualium, actio transiens ab agente. Ergo etc.

Resp. Negando Antecedens. quia per bonam divisionem non omne ens rationis dividit. Sed Bene ens rationis cum fundamento in re, nullam ens rationis cum fundamento in re est. quod non sit vel relatio, vel negatio, vel privatio, Ergo etc.

Probatione Primae Secundo Antecedens. quod aliqua istorum non includantur in divisione entis rationis ponita in tertia conclusione, quia non habeant fundamentum in re, ut infra tam, alia vero ita enumerata revocantur ad relationem.

Probatione 2dae nego Antecedens. nam privatio propriè sumpta Est loco negationis forma in subiecto apto habere formam ut oculus apto videre est contra distincta a negatione propriè sumpta prout dicit carentiam formae in subiecto inepto seu non apto habere formam, ut negatio visus in pede, qui non est aptus videre.

QVAESTIO V.

An denominationes Logicae sunt entia rationis?

Suppono primo Denominationes Logicas dici illa Vocabula quae frequentissima sunt in tota Logica denominatio praedicati subiecti, medij termini Antecedentis, consequentis, definiti divisi Syllogismi conclusi, generis speciei Etc.

Suppono 2do. Hoc loco quaeri a nobis quanam sit forma per quam denominatio logica proxime immediate formetur, non radicaliter, nec fundamentaliter constituit in esse talis denominationis formalis.

Suppone 1mo Posse esse aliquod tale radicaliter per unam formam per quam non sit formaliter tale, Vt Homo Vg. radicaliter fundamentaliter ens rationabile per formam rationalitatis, formaliter per formam risibilitatis quod forma risibilitatis ex forma rationalitatis tanquam radice fluit.

Suppone 2to Nos Hac quæstione potissimum actuari de denominatione cognitii, quod ea dicere de hac idem dicendum erit de ceteris denominationibus Logicis.

Dico Primo. cognitum formaliter sumptum est conceptum reale quod formaliter constituit non per relationem rationis. Sed per cognitionem realem extrinsecam in intellectu cognoscentis existentem et terminatam ad rem quæ dicit cognita. Ratio est. qz ab ea cognitione dicit formaliter cognitum a quo est formaliter cognitum sicut album ab ea dicit album formaliter a quo est dealbatum formaliter, sed cognitum formaliter est cognitum a cognitione non a relatione rationis Ergo album formaliter est dealbatum ab albedine. Ergo cognitum dicit a cognitione non vero a relatione rationis.

Dico Primo. Denominatio cognitii (sicut et aliæ omnes denominationes Logicæ) est formaliter a relatione reali per quam cognitum refert ad cognoscentem Ergo non a cognitione. Antecd. Probat Primo Ponta cognitione alicujus fit cognitum simile cognitioni se cognoscendi a qua similitudine statim res cognita seu similis cognitioni dicit nullo alio superadditio Ergo Denom. etc

Resp. Negando Antecd. Probationi itidem Nego Antecd. quia multa cognita sunt cognita actu quæ non sunt similia cognitioni actui qualia sunt illa omnia quæ falso cognoscunt, et illa quæ non existunt, sed tantum putant existere.

Dico 2do. Cognitum dicit cognitum formaliter a cognitione, prout concipit in recte ens cognitum. Ergo etc.

Antecd. Probat Primo, Nihil est denominari tale formaliter nisi forma ipsa vel sit res ipsa vel saltim concipiatur esse et in recte ens denominata, sicut ab albedine Vg. Nigri non est denominari parieti album formaliter, quia albedo nigri non est neque in recte in pariete, Ergo etc,

etiam a cognitione existente in cognoscente, non potent denominari cognitum (nisi concipiat, inexistere ita cognito)

Probat 2do. Cognitum formaliter sumptum non est quid reale. Ergo etc.

Resp. Negando Antecd. quia experimur nos denominare cognita, panis etem. Vg. non tamen concipimus cognitionem inexistere in cognito,

Secundo. quia Deus etiam cognoscit cognita, et tamen non cognoscit cognitionem inexistere in cognitis. Ergo non ideo appellant cognita, qz concipiant in illis cognitiones nostras inexistere.

Probationi Primæ. Nego Antecd. Denominatio Verorum alior. est denominatio intrinseca non extrinseca seu est a forma quæ potest inexistere in denominato, unde non est mirum quod non possit denominatio existat extra rem denominatam. Exemplia denominationis cogniti et similes Ex: quæ denominationes sunt denominationes extrinsecæ seu tales appellationes denominant a forma quæ non pt existere in denominato, Vero, cognito etc.

Probatur. 2da. Nego Antecd.

Dices 3io. Denominatio Cognitii formalis sumpti est a relatione rationis per quam cognitum concipitur referri ad cognoscentem, et qua convenit rei cognitæ ante dem operationem intellectus quamvis ipsamet relatio rationis non pt esse ante operationem intellectus. Ergo non a cognitione.

Antecd. Probat Primo. Ad Esse ut a relatione cognitii denominetur formaliter cognitum, ante omnem operationem intellectus, sufficit quod ipsa fundamenta talium relationum Esse est res ipsa cognitæ existat. Hæc ipsa relationes non existant ~~non~~ post operationem intellectus Ergo. etc.

Resp. Negando Antecd. quia a forma non existente actu in rerum natura nisi potest dici actu tale esse. Ergo neg cognitum actu, nisi a forma existente actu.

Secundo quia quod convenit rebus existenti actu ut patet in lectione Vg. esse divitem convenit actu a divitys actu

existentibus, et nō de cæteris:
Sed relationes ista non existunt ante omnem operationem intellectus ut ipsimet aduersary fatentur. Ergo non possunt conuenire rebus ante operationem intellectus.
Probationi. Nego Antecedens. Nam a fundamento cognitum solum potest dici fundamentaliter non formaliter cognitum.
Dices Quarto Ponta cognitione terminata ad Cognitum consurgit relatio a qua subiectum denominatur formaliter cognitum quæ relatio est quidem remine cogitante non est tamen realis.
Resp. Negando Antecedens. Quia Quicquid est remine cogitante est treale.
Dices 5to Intellectu cognō, diuersē Obtum producit in illo relationē rationis a qua dicit formalr cognitū. Unde Nullum deatum, &c. Nūl cognō ab intellectu ent Nullum deatum finaliter nō formlr. Ergo etc.
Antecedens Prob. Primo. Denominatio cognīti est relationis. Ergo a relatione dicit
Probat 2do Sta se Et denōtio cognīti ad cognitū sicut denotio genīti ad genitū nam ita cognitū est a cognitione cognitū sicut genitum est a generante genitum.

Sed genitū formaliter dicitur a relatione genīti. Ergo et cognitū formaliter a relatione rationis cogniti.
Probat 3io. (cognitum (sicut et Predicatū, subiectū, Antecens, Consequ, Conclusio premissæ &c.) habet ōes conditiones relationis. Primo dicit ad correlentiam, cognitum ēn dī cognitionib cognitum, et ē correlo cognitio dicit cognīti cognitio. 2do Una non pt sine alio intelligi sic cognitum sine cognitione et ē contra. 3io Cognitū et cognitio sunt eiusdem naturæ. Ergo Cognitū dī a relatione rationis

Probat 4to. Denominatio extrinseca Domini Creatoris est a relatione rationis ut docet S. Thomas Prima parte 2. 18. Art. 2 Ergo et denominatio cognitiua qua similis est denominationi Domini.

Probatur 5to ab actione existente in agente passum non potest denominari passum formaliter. ut Vg. a Creatione existente in Deo Creatura non potest denominari creata. Ergo nec a cognitione existente in intellectu potest denominari cognitum.

Probatur 6to. Cognitum si diceret a cognitione nullibi esset non in cognoscente. qa cognoscendo non est cognitum, non in cognito qua cognitio qua constituit formaliter cognitum non est in cognito subiective. Ergo etc.

Resp Negando Antecd. Probationi prima Distinguo Antecd. Denominatio cognitii est relativa ex modo nostro concipiendi imperfecto. Concedo Antecd. est relativa ex parte rei significatae Sed secundum rem ipsam Negabo Antecd.

Probationi 2dae distinguo Antecd. Ita se habet denominatio cognitii sicut denominatio geniti secundum modum nostrum concipiendi et significandi imperfectum Concedo Antecd. Ita sed habet denominatio cognitii secundum rem ipsam sicut denominatio geniti. Nego Antecd. Nam genitum secundum rem ipsam accipit a generante aliquid intrinseci ad relatio Dei est esse Deum, Cognitum vero nihil intrinsecum accipit a cognitione. Minorem concedo. Nego Consequentiam.

Probationi 3iae Distinguo Antecd. Cognitum, sicut et alia ex denominationes Logicae) habet ex additione relationi secundum dici. Concedo Antecd. habet ex conditiones relationis secundum esse. Nego Antecd. et Consequentiam. Relationes secundum dici sunt. Quae concipiuntur relationes et significantur nominibus relationis ob imperfectum modum nostrum concipiendi quamvis vere et secundum rem ipsam non sint relationes.

Relationes secundum esse sunt quae vere referuntur ad aliud.

Prob 4tae. Distinguo Antecd. Denominatio Domini Creatoris, est a relatione rationis secundum modum nostrum concipiendi imperfectum Concedo Antecd. Est relativa secundum rem ipsam Sed ex parte rei significatae Nego Antecd. Consequentiam eidem distinguo. Ergo et denominatio cognitii est relativa ex modo nostro significandi seu concipiendi

seu secundū modū nostrū imperfectū concipiendi. Concedo Consequ.
Et relativa ex parte rei significate seu dicte, seu secundum rem ipsam
Nego Consequ.
Probatio 3tie. Distinguo Anteced ab actione existente in agente non potest
passio denominari formaliter ob impedimentum imperfecti modi nostri concipi-
endi. Concedo Anteced. Ob impedimentum rei et ex parte rei significate, nego
Anteced. et Consequ.
Proba: Dee Nego Sequellam Anteced. nam cognitū formaliter est in agente
libertate. Eadem enim cognitio prout est intrinseca in cognoscente
fert denominationem formalē et eadem cognitio prout terminat a cognitum pa-
titur. Vg. quem cognovit fert illum formaliter cognitum.

Duo 2do. Cognitum formale quamvis secundū rem ipsam dicat a Co-
gnitione terminata ad de secundum modum tamen nostrū concipiendi imper-
fectum, dicit etiam secundarie a relatione rationis. Nam id cui
quod a Cognitione dicit cognitum non possumus intelligere a nobis cogni-
tum ob imperfectionem intellectus nostri nisi in tali cognito concipiamus
relationem rationis seu nisi referamus cognitum ad cognitionem, &c.
quia res ita significamus Vocibus prout illas concipimus Dee etiam
nos seu denominatione cogniti exprimimus et significamus relationem
rationis ad cognitionem secundario tamen, nam primario ipsam formā
realem. Cor est cognitionem exprimimus vocabulo cogniti.
Ratio conclusionis Prima est, quia cognitū. [sicut et alias denomi-
nationes logicales] non possumus sufficienter concipere sine aliquo re-
lato, Solemus en concipere et explicare cognitum sic. Cognitū est
cognitionis cognitum seu a cognitione cognitū, Ergo cognitum
sumitur ex modo nostro concipiendi dicit a relatione rationis.
Ratio 2da. Ex eo quod dicit Pater vere filij Pater colligimus Pa-
trem dici a relatione aliqua ad filium. Ergo etiam ex eo quod dici-
mus cognitum esse cognitionis cognitum, colligere debemus cognitū
dici a relatione aliqua. Sed non pt dici cognitum a reali relatione

ut

ut vidimus dip. Ergo dia cognita a relatione rationis.

QVÆSTIO VI.

An prima et 2da intentio sit ens rationis.

Suppone 1mo Intentionem esse tendentiam alicuius potentiæ in aliquod obiectum ita ut intendo sit sua idem ac in sua tend.

Suppone 2do intentionem ex primæva sui institutione significare actum seu tendentiam voluntatis ex accomodatione vero suas dicis intentionem significare etiam actum intellectus

Suppone 3io Intentionem aliam esse formalem seu actum ipsum intellectus vel cognitionem, aliam esse intentionem obiectivam seu obiectum cognitum ab intentione formali.

Suppone 4to. Prima intentionem tam formalem quam obiectivam vocandi; ut primam et 2dam intentionem.

Supp. 5to. Intentionem formalem primam esse cognitionem directam 2dam intentionem vo formalem 2dam esse cognitionem reflexam.

Supp. 6to. Intentionem obiectivam primam esse obiectum cognitionis directæ. Intentionem vo obiectivam 2dam esse obiectum cognitionis reflexæ.

His suppositis.

Dico Primo. Nomina illa quæ denominat secundum rem a cognitione et remoto modo significandi a relatione esse nomina 2dæ Intentionis Obiectivæ ut sunt cognitum prædicatum subiectum. Maior, minor, Consequentia patet ex 2da cognitione prædicante subjiciente &c. Quia est. quia talia nomina significant obiecta secundæ intentionis formalis ut patebit paulo post Ergo &c. Religiosa vero dia nomina quæ non denominant a cognitione esse nomina primæ intentionis ut est rerum volitarum, desiderabilium etc. quia talia nomina cum non significant Obiecta 2dæ Intentionis formalis debent significare Obiecta Primæ intentionis formalis.

Dico 2do. res cognita ut est cognita sea ut stat pro cognitione est 2da intentio obiectiva Primario et directe. Ratio est vide vela

etiam relatio rationis est intentio 2da Obiectiua. Ratio est. quia illa est intentio 2da Obiectiua quæ est obiectum intentionis secundæ formalis. Sed res cognita formaliter est Obiectum 2dæ formalis primam relatio Verò 2dam. quia Virtus cognoscit a Cognitione Cognitionis. Ergo &c.

Dicit Primo. Intentio 2da Obiectiua est relatio rationis Logicæ. Ergo non res. Antecedens Probat Primo. Cognitum qua Cognitum est Obiectum 2dæ intentionis formalis. Sed Cognitum qua Cognitum est relatio rationis. Ergo Obiectum 2dæ formalis est relatio rationis. Probat 2do quod 2dam cognoscit est Obiectum 2dæ intentionis formalis seu est 2da intentio obiectiua, Sed relationes rationis, 2dam cognoscant primam Vero entia realia, Ergo &c.

Probat 3io. Vsuale formaliter sicut et subiectum, Prædicatum. sunt 2da intentio Obiectiua. Sed est ita formalis sunt relationes rationis ut dicet S. Thomas Prima Parte. q. 85. art. 3. ad 2um.

Resp. Distinq. Antecedens. intentio 2da Obiectiua est relatio rationis primam et Obiectiue. Nego Antecedens. Est relatio rationis 2dam et indirecte intentio 2da Obiectiua. Concedo Antecedens. et Nego Consequentiam. Probationi Primæ Concedo Maiorem: Distinq. Minorem: Res Cognitum qua cognitum est relatio rationis ex parte rei significatæ Nego Minorem. ex modo nostro concipiendi Cognitum est relatio rationis Concedo Minorem et nego Consequentiam. Vel eadem distinctione distinguo. qua est distincta minor.

Probationi 2dæ. Nego Minorem. Nam et creatura secundum cognosci in Deo, Chimera, Negationes et tamen non sunt 2dæ intentiones Obiectiuæ Probationi 3iæ Distinguo Antecedens. Vsuale ex modo Nostro concipiendi seu prout concipitur a nobis dicens relationem ad inferiora est 2da intentio Obiectiua sicut et subiectum et prædicatum, et relatio quæ est denominatio Logica Concedo Antecedens. Vsuale ex parte rei significatæ seu prout significat naturam multis communem vel latiorem est intentio 2da Obiectiua. Nego Antecedens. Sanctus Thomas Verò loquitur de Vsuali ex modo Nostro concipiendi non ex parte rei significatæ

cata. ut iam Videmus Supra.

DISPVTATIO .III.

De Vniuersalibus in Communi.

Certum est Primo Disputationē Hanc non ee partem Logicæ Sed quasi introductionem in Eam. Cum

Certum 2do. Doctrinam Hanc de Vniuersalibus traditam esse etiam ab Aristotele Sparsim et in Variis locis quam Porphirius in Suam transtulit Isagogen collegit explicauitq Simplicius Logicam Aristotelis.

Certum est Tertio. Doctrinam de Vniuersalibus esse simpliciter necessariam in Logica ad intelligenda Predicamenta quæ sunt coordinationes generis et specierum et aliorū Librorū Logicorū.

Certum est Quarto. Obiectum Suius Doctrinæ esse quinq Predicabilia

QVÆSTIO Prima

Quid est Vniuersale in Communi?

Supponē Primo. Vniuersale communissime Sumptum esse unum quid ad multa pertinens. et Vor est aliud est Complexum seu Propōo Vniuersalis. ut Omne totum est maius sua parte etc. aliud Incomplexum seu res aliqua communis multis.

Supponē 2do Vniuersale Incomplexum aliud esse in Causando Vor est Vera illam quæ plurium causa est. ut DEVS. aliud in Significando quod plura significat ut Vox Exercitus Populus etc, aliud in Repræsentando quod multorū refert similitudinem ut Statua Cæsarea multorū Cæsarum referens similitudinem. Aliud denq Vniuersale in essendo quod ea aliquomodo in multis est. Vt Natura Hominis in Petro Paulo etc. Et quia Vor idem Vniuersale quod nōn multis potest Praedicari de multis ideo Vor idem Vniuersale in essendo dicit etiam Vniuersale in Praedicando.

Supponē 3io. Vniuersale in essendo diuidi in Quinq Praedicabilia seu Vniuersalia in Genus Speciem, Differentiam, Proprium et Accidens. Et in Hac Significatione Disputabimus Vor loco De Vniuersalibus

in Essendo. Primo in Communi seu Disputatione. 2do in Particulari sequenti Disputatione.

Supponc 4to Universale sicut et quamlibet aliam formam duplici fert definiri posse. Primo in Concreto. 2dario in abstracto.

In Concreto tum forma aliqua definit quando in Definitione subiecti forma ponitur in recto Casu

In abstracto vero tunc definit forma quando subiectum forma in definitione ponitur in Obliquo Casu Vg. visibilitas in abstracto sic definit (Est aptitudo Hominis ad videndum. quia in tali definitione subiectum visibilitas seu aptitudinis ad videndum solo Homo. ponit in Obliquo Casu ut Videt. eadem visibilitas in Concreto sic definit. Visibilitas est Homo aptus ad videndu. quia in tali definitione subiectum visibilitas seu Homo ponit in recto Casu. Sicut et in definitione Risalis.

Supponc 5to. Sive definiat forma in concreto sive in abstracto semper formam definiri duplicaliter formaliter, ut Duo, subiectum vero semper principaliter Materialiter. ut Dico. Cuia semper solius forma exprimit genus et differentia, non vero subiecta, Insuper forma est id quo mediante definit subiecta, seu denominat tale. ut album mediante albedine, definuntur esse dispregatuum Visus vel album ens.

Conditiones Risalium.

Supponc 6to. Ut aliquid dicat Risale in essendo sub conditionibus regis Primo ut sit ens reale. 2do ut sit aut saltim possit esse in pluribus Tertio ut possit praedicari de pluribus, 4to. ut sit unum in pluribus non aequivoce sed univoce, seu et secundo vocem et secundum rem existentiam in pluribus.

Supponc 7mo Aequivoca. Analoga, non sunt Risalia proxime, quia non univoce praedicant de suis inferioribus sunt tamen Risalia improxime seu de multis aliquomodo praedicabilia Sicut etiam Ens dicit Risale primo est maxime latepatens. His suppositis

Dico Primo. Universale est Ens et aptum esse in multis, Haec definitio ab omnibus recipit et patebit ex infra dicendis

Ob. Duco Primo. Haec definitio non exprimit essentiam Risalis seu non continet praedicata essentialia Universalis. sed potius passiones et proprietates sive unitatem et aptitudinem. Ergo non est bona.

Sat

Antecd. Probat. Primo. Vnitas et aptitudo consequit ad essentia
Vnalis. est ex illa resultat seu emanat. Ergo etc.
Probat 2do. Essentia Vniversalis constitutiua consistit in fundamento unitatis et aptitudinis, non vero in ipsa unitate et aptitudine. Ergo etc.
Probat 3io Essentia singularis non consistit in bonitate et aptitudine.
Ergo nec essentia Vnalis.
Probat 4to Vnitas est Regno Diuisionis. Ergo. ó pt esse de essentia Vnalis.
Probat 5to. Vnale prius est universale quam sit Vnum Vnale. Ergo etc.
